This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Lp
26
979

3 2044 020 589 727

Harvard College.
1870.

Lp 26.979.

SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.

CHRISTO ET ECCLESIAE

BOUGHT WITH

THE INCOME FROM THE

SUBSCRIPTION FUND

BEGUN IN 1858.

23 Jan. 1873.

INDEX SCHOLARVM

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA GRYPHISWALDENSI

PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI MDCCCLXX—LXXI

A DIE XV MENSIS OCTOBRIS

HABENDARVM

PRAEMISSA EST GVILELMI STVDEMVND COMMENTATIO DE VIDVLARIA PLAVTINA

GRYPHISWALDIAE
TYPIS FRID. GVIL. KVNIKE ACAD. TYPOGR.
MDCCCLXX.

G/2 26.979

1873, Jan. 23.
Subscription Fund.

VNIVERSITATIS LITTERARIAE GRYPHISWALDENSIS

RECTOR

IVLIVS MVENTER

CVM

CONCILIO ACADEMICO

S. D.

CIVIBVS ACADEMICIS.

Ex XXI fabulis Plautinis, quas M. Terentius Varro, ut A. Gellii uerbis utar, ,idcirco a ceteris segregauit, quoniam dubiosae non erant sed consensu omnium Plauti esse censebantur', uiginti tantum in codicibus, qui usque ad initium huius saeculi innotuerant, magis minusue corruptae leguntur. Liber enim archetypus, ex quo codices praeter palimpsestum olim Bobiensem nunc Ambrosianum (A) omnes ducti sunt, cum alibi non paruas labes passus erat, tum in fine uoluminis siue situ siue humore mutilatus iacebat eo tempore, quo libri Palatini qui uocantur describi ex eo coepti sunt. Solus codex ,Vetus' Camerarii (B), qui saeculo undecimo scriptus est, post Truculentum fabulam uicesimam haec habet:

TRVCVLENTVS EXPLICIT INCIPIT VIDVLARIA

VIDVLARIA

nec tamen praeter hunc titulum de ipso fabulae contextu quidquam seruauit; in ceteris libris manu scriptis ne titulus quidem legitur. Neque uero ex paucis illis fragmentis, quae ex Vidularia excerpta in libris grammaticorum Latinorum delitescebant, de argumento fabulae quidquam constabat, nisi quod similiter atque Rudentem Plautinam Vidulariam dispositam fuisse dudum coniecerunt uiri docti. Anno demum 1815 Angelus Maius [1]) ex libro palimpsesto Ambrosiano ea delibauit, quae facili negotio in duobus huius libri foliis (pag. 245, 246 et 247, 248) legere sibi uisus est; nec tamen ea qua debuit diligentia usus multa omnino non dispexit, quae acriter intenta oculorum acie etiam hodie ab huiusmodi scrutationum peritis dispici possunt, non pauca praue intellecta in medium protulit, neque quale fuerit Vidulariae argumentum aut ipse perspexit aut aliis perspiciendi copiam parauit. Non pauca felicius expiscati esse uidentur Fridericus Ritschelius.

1) In libro qui inscribitur: ,M. Acci Plauti fragmenta inedita, item ad P. Terentium commentationes et picturae ineditae inuentore Ang. Maio.' Mediolani 1815.

qui in litteris ad Godofredum Hermannum datis [2]) anno 1837 saltem de quinque uersibus Vidulariae si non omni ex parte recte rectius tamen quam Angelus Maius rettulit, et C. E. Geppertus [3]), qui anno 1847 unum ex eis uersibus, quorum Ritschelius maiorem tantum partem dispexerat, omnino recte lectum proposuit. Ipse denique inde ab anno 1864 gallae ui temporumque iniuria pessime habitas membranas iterum iterumque, dum Mediolani dego, inspexi, neque prius de enucleanda pristina lectione desperaui, quam aut certo aut probabiliter saltem de argumento Vidulariae constaret. Atque oculis quidem minus quam continuo diuinandi officio deberi maximam partem eorum, quae in sequentibus cum uiris doctis communicabuntur, libere profiteor; neque uero ignorant ei, qui in libris palimpsestis legendis desudauerunt, solis coniecturis mente prius excogitatis deinde lectione confirmatis ex incertis quae passim apparuerint litterarum umbris pristinum scriptoris nitorem recuperari posse.

Pertinent autem ad Vidulariam tres membranae Ambrosianae, quarum de prima quid explorare potuerim, eisdem uerbis referam, quibus olim in litteris ad Andream Spengelium datis usus sum [4]), ubi de Truculenti exitu rettuli; selegi tamen ex copiosiore illa disputatione ea tantum, quae ad hanc quaestionem diiudicandam maxime necessaria sunt:

Sub finem codicis Bobiensis nonnullae extant foliorum laciniae, quibus Angelus Maius nullos numeros inscripsit, neglectae ab eis, qui ante me palimpsesti reliquias descripserunt. In his laciniis duae sunt inter se cohaerentes, quas in uulgatae contextu olim pag. 483, 484 et 493, 494 fuisse e contextus Biblici computatione constat. Atque in folio 483, 484 quidem Truculenti exitum exaratum fuisse non difficulter demonstrari potest. Difficillimum contra est iudicium de pag. 493, 494 pristina sede; nam cum de hoc folio nihil nisi interior margo supersit, ne de inscriptione quidem fabulae quidquam constat. accedit quod seruatarum litterarum umbrae incertissimae sunt; haec autem in pag. 493 supersunt uersuum initia: u. 1 ? D (i. e. ID; pro I possis etiam de E uel T uel P, pro D de P uel [etsi minus commode] de B cogitare), u. 5 ? Q (uel ? R), u. 6 IN (uel EN), u. 8 QU, u. 9 SER (uel BIA), u. 16 ? Q; in pag. 494 margine dextro in u. 2 solae ICO litterulae supersunt, quae longioris alicuius uersus (uelut septenarii) clausula olim fuerunt. Haec igitur uersuum initia et exitus cum ad nullum Truculenti locum, si quid uideo, quadrent, sequitur in palimpsesto quoque ut in uulgatae codice folium 483, 484 praecessisse folio 493, 494; et cum in pag. 484 Truculenti exitus scriptus fuerit, folium 493, 494 non ad Truculentum spectare sed ad eam fabulam quae Truculentum olim excipiebat i. e. ad Vidulariae scaenas deperditas.

Sed ex hoc alia nobis quaestio exoritur: superest enim, ut ad quem quaternionem folia 483, 484 et 493, 494 pertinuerint, et quot foliis inter se separata fuerint aliqua probabilitate demonstretur, ne recondita quadam ratione haec omnia ficta esse uideantur sed sint in propatulo. Exit autem quaternio LX in uersum Truculenti II, 4, 36; pagina uero 483 a V, 55 circiter incohabat. interuallum autem quod interest inter u. II, 4, 36 et V, 55 secundum Palatinorum lectionem impletur circiter 12 scaenarum inscriptionibus (siue 24 uersibus), 123 senariis, 315 septenariis

2) Cf. Friderici Ritschelii opuscula philologica uol. II. pag. 173 sq.
3) In libro qui inscribitur ‚Ueber den codex Ambrosianus etc.' Lipsiae 1847. pag. 31 sq.
4) Cf. Praefatio ad Truculentum Plautinam ed. A. Spengel (Gotting. 1868) pag. X sqq.

(quorum nonnulli propter longitudinem bipertiti fuerunt) et liberioribus metris, quae paulo plures quam 128 uersus circiter in A occupasse putandum est. Horum igitur uersuum summa circiter 16 folia (= 608 uersus) siue duos quaterniones integros (QV. LXI et LXII) occupasse uidetur: ergo a folio 483, 484 incipiebat, in 493, 494 exibat quaternio LXIII, Vidulariae autem contextus a folio altero quaternionis LXIII incohabat. Item quot folia ad Vidulariam describendam adhibita fuerint, coniectando adsequi possumus. Proximae enim post Vidulariam fabulae, Poenuli, initium quidem periit; sed cum folium 229, 230, quod alterum folium quaternionis LXVII erat, a uersu Poenuli I 2, 70 incipiat, didascaliae uero Poenuli et initio fabulae usque ad uersum I 2, 69 octo folia in codice destinata fuisse ueri sit simillimum, aut omnia fallunt aut in folio primo quaternionis LXVI Vidulariae exitus perscriptus erat. Ergo per 24 folia contextus Vidulariae uidetur pertinuisse; cumque singula folia 38 uersus capiant, 912 uersus efficientur. Quod si computaueris longiorum uersuum non paucos bipertitos fuisse, scaenarum autem inscriptionibus binos [5]) uersus destinatos fuisse, circiter 800 uersuum Vidulariam fabulam fuisse probabiliter conicias.

Praeter hanc laciniam folii 493, 494, quod septimum locum in eis membranis occupabat, in quibus Vidularia perscripta erat, superest par foliorum 245, 246 et 247, 248 [6]), quorum contextum ad Vidulariam pertinere ipsis inscriptionibus docemur, quae in summo margine quattuor paginarum dispici poterant. Solent enim fabularum nomina ita per duarum uicinarum paginarum titulos dispesci, ut in sinistro initium, in dextro exitus nominis extet. Itaque in pag. 245 margine LARIA, in 246 UIDU, in 247 LARIA, in 248 UIDU legitur. Longe difficilior est disquisitio de pristina sede huius paris foliorum instituenda. Ac primum quidem folio 247, 248 olim praecessisse folium 245, 246 argumentum fabulae persuadet. Sed utrum duo an quattuor folia inter folium 245, 246 et sequens folium, quod cum hoc cohaeret (247, 248), interciderint, dici nullo modo potest, quamuis quattuor folia intercidisse propter ipsum argumentum ueri paulo similius uideatur; neque enim contextum pag. 246 in proxime sequenti (247) continuari sententiarum nexus docet neque altero folio (247, 248) quaternionem absolutum fuisse inde colligi potest, quod in inferiore margine pag. 248^ae nullus quaternionis numerus apparet. Deinde utrum ad LXIII^um (quod propter argumentum uix crediderim) an ad LXIV^um an ad LXV^um quaternionem hoc par foliorum pertinuerit, ex codicis ipsius natura dignosci nequit; sed cum ad mediam potius fabulam quam ad exitum tres illae scaenae spectare uideantur, quarum fragmenta in his foliis leguntur, probabilius de LXIV° quam de LXV° quaternione cogitare licebit. Vtriusque folii gallae situsque iniuria cribri in modum perforati atque lacerati accuratiorem imaginem apographum a me confectum exhibebit: in quo accurate adnotabitur, quae cuiusque litterae partes fenestris siue foraminibus absumptae, quae uulgatae scripturae ductibus obductae sint. Interim, ne typographo academico nimia obstacula pararem, omnes litteras, quarum lectio incerta est et meae potius coniecturae quam superstitibus litterarum umbris debetur, interrogationis signo notaui. Quodsi pro ea littera, quam in ipso uerborum contextu proposui, aliam quoque intellegi posse adnotandum

---

5) Cf. scaenae inscriptionem, quae alterius fragmenti uersui 14 praecedit, pag. 247, 14. 15.

6) Cf. C. E. Geppert, über den codex Ambrosianus, pag. 6.

erat, minore hanc charactere insignem supra lineam addidi: uelut statim primam primae paginae litteram, quae E fuisse potest, non minus recte pro I uel T quoque accipi posse litterulae superscriptae docent. Sed si pro ea littera, quae in ipso contextu exhibetur, de alia littera cogitari quidem sed minus probabiliter posse dicendum erat, superscriptam litteram his uncinis ( ) saepsi: uelut pro ultima primi uersus littera eodem iure de C, minus probabiliter de Q cogitari posse apparet. Quodsi denique minore etiam probabilitate alius litterae lectionem commendari adnotandum erat, his uncinis [ ] usus sum: uelut in pag. 246^{ae} uersu 5° littera ab exitu 20^{a} utrum P an L an E fuerit, dignosci nequit; paulo minus probabiliter de T uel F cogites; minus etiam de I. Fenestrarum spatium hac linea ———— significaui; ═════ fenestram significat, cuius superiori margini, ═════ cuius inferiori, ═════ cuius utrique margini paruae laciniae adhaerent. His lineolis |||||||||||||| usus sum, ubi propter obductam uulgatae scripturam paruolarumque fenestrarum frequentiam nihil omnino dispici posse exprimendum erat. Spatium uacuum ad personae notam capiendam rubricatori a primo librario relictum hoc signo ‡ expressi, ubi reuera spatium atramento uacare adseuerari poterat. Earum litterarum, quibus nullum interrogationis signum addidi, lectionem eatenus certam esse scito, quatenus de certa omnino lectione cogitari posse, ubi de libris palimpsestis agitur, inter eos constat, qui in eiusmodi codicibus describendis per aliquot saltem menses operam collocauerunt.

Praeterea nonnulla addam ad lectionem horum foliorum pertinentia, quae in ipso uerborum contextu propter typographum exprimere non potui. Discrepantiam lectionum, quas ex A infelicius rettulit Ang. Maius, tacitus omisi; adseuerare autem possum, ubicumque meae lectiones ab illis discrepent, cum codicis ductibus eas non conuenire iterum atque iterum inspectis membranis me mihi persuasisse.

Pag. 245 uers. 1 ante USCE litteras, quae incertissimae sunt, spatium sufficit e. g. ad TEMP litteras capessendas. 1 in fine post NSEO fortasse nihil amplius scriptum erat. 2 spatium, quod inter LICET et AXUM litteras hiat, aegre sufficit ad NEM litteras capessendas. 6 litterae ab exitu 18^{a} et 17^{a} incertissimae sunt. 8 in fine PIA litterae incertissimae sunt. 9 litterae, quas inter SERUUM et LOC descripsi, incertissimae sunt.

Pag. 246 uers. 1 post CU de AMEIS uel NILIS e. g. cogitari posse, dum Mediolani dego, adnotaui. 1 proxima post ESTUR littera non uidetur G fuisse. 2 littera 13^{a} incertissima est. 9 in fine post MI litteras, quae incertissimae sunt, non plures quam duae uel tres litterae extitisse uidentur. Versus 17—19 iam Ritschelius (opusc. II pag. 174) legerat; cf. Geppertus „über den codex Ambrosianus", pag. 31 sq.

Pag. 247 uers. 4 et 12 iam Ritschelius l. l. magnam partem recte legerat. 7 fenestra, quae post 13^{am} litteram hiat, ipsi membranario debetur. 8 sub initium MOME litterae incertissimae sunt. 8 in fine nihil amplius scriptum erat. 12 littera 14^{a} I magis quam T (ita Ritschelius) fuisse uidetur. 12 littera ab exitu 10^{a} C, non S (ita Ritschelius) fuisse mihi quidem uidebatur. Versuum 14 et 16, 17 non nimis accuratam imaginem lithographi arte propagatam proposuit Angelus Maius in calce libri laudati. 14 DINIA, non DINIAS scriptum erat. 19 litterae 23^{a} 24^{a} 26^{a} 27^{a} incertissimae sunt. 19 in fine post IN litteras, quae incertissimae sunt, uix plures quam duae litterae (uelut ET) extiterunt.

(p. 245 codicis)

ESTQUO ——— NEQ||||||||USCENSEO|||||||| **Vidul. fragm. I, 1**

QUIDAISLICET — |||AXUM — QUIDESTOPUS **2**

SEDQUIDESTNEGOTI⌗TEEGOAUDI||||||||CERE **3**

OPERARIUMTEUELLERU ——— C═══ **4**

RE||||||EAUDIUISTI⌗QUIDUISOPERIS═RI **5**

QU||||||UISTUCCURASANMIKITUTORADDITUS **6**

DAR||||||OSSUMOPINORSATISBONUMOPERARIUM **7**

ESTTIBIINMERCEDESERUUSQUEMDESQUISPIA|||||| **8**

INOPIASERUUMI—E ——— OMELOC|||||||| **9**

QUIDTULOCASTINC ——— |||||| **10**

NAMEQUIDEMTEM ——— IT ROB **11**

NONSUMSIQUIDEMTUNO ——— **12**

UBRUMSIPRAETIUMDASDU ——— CUMSIMUL **13**

LABORIOSAADULESCENSUITAESTRUSTICA **14**

URBANAEGESTASEDEPOLALIQUANTOMAGIS **15**

TALISIACTANDISTUAESUNTCONSUETAEMANUS **16**

ATQUALISEXERCENDASNUNCINTELLEGO **17**

MOLLITIAURBANAATQ·UMBRACORPUSCANDIDUMST **18**

SOLESTADEAMREMPICTORAERUMFECERIT **19**

(p. 246 codicis)

KEUSCU ||||||||| = ILLICESTUR ———————— SO ————

MISEROMALEESS ———— CON ———— NE |||||||||||||| ————

QUODABSET ||||||||||| CP |||||| TQUAESSOUTM ||||||| IIMPERTIAS ————

SERUOPUDICO ———— ESTOPUSETNONMALO

QUIFIDE == PEIORSITQUAMSERUITUI

CIBIQ·MINIMIMAXUMAQ·INDUSTRIA

MINIMEMENDACEMEMMELICETCONDUCERE

NONEDEPOLEQUIDEMCREDOMERCENNARIUM

TEESSENONCREDISNON ———— ONDU |||||| IRMI ||||||||||||

N ———————————————— STDICATSIMUL

———————————————— OPERARIUM

IAM ———————————— UNDECONDUCAMMIKI

||||| ULTUMLABOR —— AULLUMMEREATPAULLUMEDI |||||

MINUSOPERISNIKILOFACIATQUAMQUIPLURUMUM

NECMIKINISIUNUMPRANDIUMQUICQUAMDUIS

PRAETERMERCEDEM ⌗ QUIDMAERENDAM ⌗ NEDUIS

NEQ·CENAM ⌗ NONCENABIS ⌗ IMMOIBODOMUM

UBIKABITAS ⌗ KICAPUDPISCATOREMGORGINEM

UICINUSIGITURESMIKIUTTUPRAEDICAS

IBOETQUAERAMSIQUEMPOSSIMSOCIORUMNANCISCIER Vidul. fragm. II, 1

SEUQUEMNORIMQUIADUOCATUSADSITIAMKUNCNOUILOCU 2

KICINEUOSKABITATIS⌗KISCINAEDIBUSKUCADDUCITO 3

ATEGOUIDULUMINTROCONDAMINARCAMATQ·OCCLUDAMPROBE 4

TUSIQUEMUISINUENIRETIBIPATRONUMQUAERITA 5

PERFIDIOSENUMQUAMQUICQUAMKICAGEREDECRETUSTMIKI 6

QURMALUMPATRO——NUMQUAERAMPOSTQUAMLITEMPERDIDI 7

NE——KOMOMEPERE——————————Q·INFELIXFUI 8

UIDULUMQ—UBIU—INONMECIRCUMSPEXICENTIENS 9

UERBEROILLICINTERMO———LOCUSTIN══INSIDIASDEDIT 10

TAMSCIOQUAMMEKICSTARECAPTAMPRAEDAMPERDIDI 11

NISIQUIDEGOMEISIMILEALIQUIDCONTRACONCILIUMPARO 12

KICASTABOATQ·OBSERUABOSIQUEMAMICUMCONSPICER 13

DINIA NICODEMUS CACISTUS

NETUEDEPOLKODIEMISERIASMULTASTUAS 14

MIKINARAUISTIEOQ·ABOPEREMAXUME 15

TEABIREIUSSIQUIAMEMISEREBATTUI 16

ILLICESTADULESCENSQUEMTEMPE|||||||ASIMMIN||||||||| 17

(p. 248 codicis)

||||||FIC||||||NT—SATQ·ARG||||||EN||||||M———ROM|||||| 18

ETIAMEGOAUDEMD———MIKI———MMUT——— 19

INOPUSUTSESECOLLOCAUITQUAM||||||O 20

||||||LKA||||||CESSAUITPOSTQUAMT———MATTIGI——— 21

MIRUMESTSIAU||||||TUAMU||||||SQUA|||||| 22

NOSUOSPARENTI||||||DAREPOSSU———TUSFIL——— 23

REMMIKINA———EDE—L———ISIMUL|||||| 24

PUERI||||||SKI——— ———ISP———GIS——— 25

EGENTIOREM———MINEN———NEMINEM 26

ATQ·ESS———EDEPO———NEQ·F||||||RE——— 27

CAUETUISTUCDIXISIMMOETIAMARGENTIMINAM 28

QUAMMEORAUISTIUTDAREMTIBITAENORI 29

IAMEGOADFERAMADTEFAENUSMIKINULLUMDUIS 30

DITIBIILLUMFAXINTFILIUMSALUUMTUUM 31

QUMMIKIQUIUIUAMCOPIAMINOPIFACIS 32

SEDQUINACCEDATFAENUSIDNONPOSTULO 33

DEFAENERAREKOMINEMEGENTEMKAUDECET 34

QUAMADREDDITURUMTEMIKIDICISDIEM 35

CAUEDEMUTASSIS‡USQ·DONECSOLUERO 36

Pag. 248, 1 omnia incertissima sunt, item omnia in uu. 2 et 5 praeter initia. 7 fenestra, quae post L in medio uersu hiat, ipsi membranario debetur; ante hanc utrum L an LI, et post hanc utrum ISIMUL (quae lectio incertissima est) an SIMUL tantum scriptum fuerit, dici nequit. 7 in fine post SIMUL fortasse nihil amplius scriptum erat. 8 paenultima littera ante priorem fenestram incertissima est. 8 in fine post GIS nihil amplius scriptum fuisse uidetur. 9 quae in medio uersu leguntur, incertissima sunt. 10 ultima ante alteram fenestram littera incertissima est. 10 hic uersus fortasse in ipsam R litteram exibat, quam paenultimo loco posui. Versus 11—17 iam in Hermae Berolinensis uolumine I pag. 295 descripsi, ubi typographi errore nonnulla minus recte expressa sunt.

His qualibuscumque palimpsesti reliquiis fretus ratione simul habita eorum fragmentorum, quae apud grammaticos extant, argumentum deperditae fabulae quoad licet reconcinnare conabor; et cum in uniuersum tantum de argumento disputare mihi proposuerim, in praesens quidem a redintegrandis uersibus lacunosis consulto me abstinui; ea tantum, quae uix aliter suppleri posse in propatulo erat, aut quae ad ipsum argumentum aliqua ex parte restituendum omnino necessaria esse uidebantur, supplere ausus sum. Nam quam caute in supplementis recipiendis agendum sit, docui in libro qui inscribitur: ‚Festgrusz der philologischen gesellschaft zu Wuerzburg an die XXVI versammlung deutscher philologen und schulmaenner' (Wirceburgi 1868) pag. 65 sqq.

Nomen igitur Vidulariae fabulae inditum est a uidulo (cf. fragm. II uersus 4. 9, fragm. IV, fragm. VI, fragm. XI), quem Nicodemus (cf. inscriptio scaenae pag. 247 uers. 14) adulescens (cf. II 17) tempestate naufragus factus (cf. II 17; XIV) in mari perdiderat. Quo in loco scaena sit, dici nequit, nisi quod in ora maritima eam fuisse constat (cf. I 37; XX; frgm. Cacist.). In scaena ipsa conspiciebantur domus Gorginis piscatoris et Diniae senis (cf. I 37. 38; II 2. 3). Nicodemus igitur adulescens liberis parentibus (I 8—12) neque humili loco natus, cuius ‚manus talis iactandis consuetae' erant (I 16), et cuius ‚corpus mollitia urbana atque umbra candidum' (cf. I 18) erat, ex naufragio seruatus ad oram ipsi, ut uidetur, ignotam appulsus, amisso uidulo (in quo diuitiae fortasse mercatura partae infuerant), inopia (cf. I 9; II 32) et egestate (cf. I 15; II 26. 34; cf. XVI) oppressus quasi mendicus (cf. X) multas miserias (cf. II 14) perpessus erat: ‚inopiam, luctum, maerorem, paupertatem, algum, famem' (cf. XV). Gorgo piscator naufragum in aedes suas receperat (cf. I 37). Vicinus (cf. I 38) quidam Gorginis, Dinia (cf. inscriptio scaenae pag. 247 uers. 14) senex tum forte seruum (cf. I 8. 9. 11. 23 sqq.) operarium (cf. I 4. 7. 30; II 15) ad rustica (cf. I 4. 14. 17. 19. 20) opera facienda conducturus erat (cf. I 4 sqq.). Qua de re certior factus (cf. I 3. 4. 5) Nicodemus, quem ‚aes atque argentum deficiunt' (cf. II 18), ut uiuendi copiam sibi faciat (cf. II 32), Diniam adit et sese ipsum serui loco offert. In hac ipsa scaena incipit

Fragmentum I

(ex codice Ambrosiano)

NICODEMVS

◡ quó ◡ – ◡ ⏓́ neque *temp*us cénseo.
Quid aís? licet*ne*?

DINIA

*M*áxume, *si* quíd est opus.

Sed quíd est negoti?

NICODEMVS

Té ego audi*ui dí*cere

Operárium te uélle ru*s condúcere.*

DINIA

Re*ct*e aúdiuisti.

NICODEMVS

Quíd uis operis *fie*ri?

DINIA

Qu*id t*u ístuc curas? án mihi tutor ádditu's?

NICODEMVS

Dar*e p*óssum, opinor, sátis bonúm operárium.

DINIA

Est tíbi in mercede séruos, quem des, quíspia*m*?

NICODEMVS

Inópia séruom *ípse tibi er*o mé loc*o*.

DINIA

Quid tú? locastin – ⏑ – ⏑ – ⏑ –?
Nam equidém te m – ⏑ – ⏑ – ⏑ *árb*itror.

NICODEMVS

Non súm, si quidem tu nó*n* ⏑ – ⏑ – ⏑ –;
Verúm si pretium dás, du*ces te*cúm simul.

DINIA

Labóriosa, aduléscens, uitast rústica.

NICODEMVS

Vrbána egestas édepol aliquantó magis.

DINIA

Talís iactandis tuaé sunt consuetaé manus.

NICODEMVS

At quális exercéndas nunc intéllego.

DINIA

Mollítia urbana atque úmbra corpus cándidumst.

NICODEMVS

Sol ést ad eam rem píctor: a*t*rum fécerit.

DINIA

Heus, cú*amus* illic éstur – ⏑ – ⏑ –.

NICODEMVS

Miseró male ess*e* – ⏑ – ⏑ – ⏑ –.

DINIA

Quod abs ⏑ – ⏑ – quaeso út m*ih*i inpértias.

NICODEMVS

Seruó pudico *tibi si* est opus et nón malo,
Qui – ⏑ – ⏑ – sit quam seruí tui,
Cibíque minumi máxumaque indústria,
Minumé mendac*e*, em mé licet condúcere.

DINIA

Non édepol equidem crédo mercennárium
Te esse.

NICODEMVS

'An non credis – ⏑ – ⏑ – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – dicát simul
⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – operárium

(DINIA) ⏑ – ⏑ – ⏑ únde conducám mihi?
*M*ultúm labor*et*, *p*aúllum mereat, paúllum edi*t*.

NICODEMVS

Minus óperis nihilo fácia*m* quam qui plúrumum,
Nec míhi nisi unum prándium quicquám duis
Praetér mercedem.

DINIA

Quíd merendam?

NICODEMVS

Né duis,
Neque cénam.

DINIA

Non cenábis?

NICODEMVS

Immo ibó domum.

DINIA

Vbi hábitas?

NICODEMVS

Hic apud píscatorem Górginem.

DINIA

Vicínus igitur és mihi, ut tu praédicas.

ADNOTATIO AD FRAGM. I. Personas huius scaenae Nicodemum adulescentem et Diniam senem fuisse comparatis fragmenti II uersibus 14 sqq. facile apparet. Supplementa constanter litteris inclinatis distinxi. 1 Incertum utrum Nicodemo an Diniae primus uersus tribuendus sit. 2 ***Quid ais?*** uerba fortasse Diniae tribuenda erant. 2 Ante ***Maxume*** personae spatium in *A* falso omissum fuisse interualli angustiae persuadent. 7 Hiatus, qui in fine quarti iambi

post *bonum* uocabulum in *m* litteram exiens in *A* traditur, collato uersu Pseud. 729 [7]): *Posse opinor me dare hominem tibi malum et doctum* audacius paulo hoc modo remoueri potest: *Dare posse opinor satis bonum [me] operarium;* possis etiam de *tibi* pronomine inserendo cogitare: *Dare possum, opinor, [tibi] sat bonum operarium.* Patent aliae uiae emendandi, quas consulto praetereo [8]).

8 *seruus A.* 9 Ad *inopia* ablatiuum causae cf. Asin. 142 Fl, Pseud. 799, Terent. Adelph. 105, Heaut. 528.

9 *seruum A.* 9 supplementa incertissima sunt. uu. 10—12 ad sensum ita fere suppleri posse uidentur: *DIN. Quid tu? locastin, quaeso, te umquam quoipiam? Nam equidem te mihi esse seruiturum haud arbitror. NIC. Non sum, si quidem tu non uis me conducere.* 13 *praetium A.* 14 *uita est A.* 17 *qualis*, non *quallis* scriptum est in *A*, itemque unicam *l*

---

7) Cf. etiam Merc. 424. 429.

8) Moneo tamen de *Dare possum, opinor, satis bonum [unum] operarium*, quae coniectura nonnullis fortasse homoeoteleuto commendari uidebitur, nullo modo cogitari posse; neque enim tam late patet usus *unus* uocabuli pro articulo infinito apud Plautum positi. Cf. Donatus ad Terent. Andr. I 1, 91; Fridericus Lindemann ad Mil. Glor. I 1, 24; Gustauus Schmilinsky ‚De proprietate sermonis Plautini usu linguarum Romanicarum illustrata' Halis 1866 pag. 13 sqq.; Guilelmus Holtze ‚Syntaxis priscorum scriptorum Latinorum' uol. I pag. 412 sq.; Guilelmus Wagner ad Plaut. Aul. 563; Ramsay ad Mostell. pag. 159 sq.; Iulius Brix ad Capt. 275 et 859; Augustus Lorenz ad Mil. Glor. 52 etc.

Multa sane exempla a uiris doctis allata aliter explicanda sunt (omitto pauca illa, quae magis minusue certa uidentur.): Terent. Andr. I 1, 90 sq. *interea inter mulieres, quae ibi aderant, forte unam aspicio adulescentulam, forma . . . , bona . . . . et uoltu . . . . modesto* structura ita explicanda est, ut arcte inter se cohaereant uerba *Aspicio unam inter mulieres*, ad quae *adulescentulam* uocabulum appositionis loco accedat non multo secus atque *forma bona* et *uoltu modesto.* — Most. 983 *Vnus istic seruos est sacerrumus* ‚*unus*' uocabulum, cum superlatiuo (*sacerrumus*) coniungendum est, ut Truc. II 1, 38 *est huic unus seruos uiolentissumus*, et Asin. III 1, 18 (= 521 Fl) *Quid ais tu quam ego unam uidi mulierem audacissumam*, et Mil. Glor. I 1, 57 *omnes mortales sciunt te . . . . unum in terra uiuere . . . . inuictissumum* (cf. Ritschelii praefat. ad Stichum pag. XVII adnot.); Merc. I 2, 93 (= 206); Poen. I 2, 16 sq.; Amph. II 2, 45; cf. etiam Capt. II 2, 28 (= 278 Fl), quem uersum recte explicat Lorenz ad Mil. Glor. 52 L.

Cist. IV 2, 69 *Crepundia una* explicandum est ‚nihil nisi crepundia, sola crepundia.' (cf. Curc. 495 Fl, Most. 54, Trin. I 2, 129 = 166 R, Pseud. I 1, 52 (= 54 R), Bacch. IV 7, 34 (= 832 R).

Trin. 1103 recte explicat Ramsay l. l.; Mil. Glor. I 1, 24 *unum* Francisci Vmpfenbachii coniectura remotum est (cf. Lorenz ad h. l.); Most. III 2, 98 (= 785 R) non recte apud Lorenzium editum est: *Ero seruos multimodis qui fidus unust;* immo *A* in fine luculenter *Vnde is* (pro *unust*) praebet, quae uerba Theopropidi tribuenda esse iam Ritschelius recte coniecit; Stich. 617 lectio incerta est; Truc. I 2, 33 et II 2, 9 nunc palimpsesti ope restituti rectius apud Spengelium leguntur, quam olim apud Schmilinskyum pag. 15; Most. IV 3, 9 interpolatori deberi monuit Fleckeisen; Most. III 1, 147 (= 677 R) recte explicat Aug. Lorenz (cf. Theodorus Bergk in Zimmermanni diar. antiqu. 1855 nr. 37).

Aul. prol. 23 *huic filia unast* idem atque *filia unica* significare uidetur; Aul. III 6, 35 *at ego iussero cadum unum uini ueteris a me adferrier* numerale ad *cadum* accedit, quia certa mensura liquidorum (= *μετρητής*) hoc uocabulo significatur (cf. Friderici Hultschii ‚Metrologie' pag. 89 adn. 4); uerterim „einen ganzen cadus."

De Capt. III 17 (= 387 Fl.) cf. Schmilinsky l. l. pag. 13. — Pseud. 948 *Ibidem una aderit mulier lepida* non nominatiuus feminini sed *una* aduerbium (= *simul*) statuendum esse uidetur.

Aul. I 1, 38 recte explicat Holtze l. l. pag. 412. (cf. Asin. 421 Fl). Mil. Glor. 140 *Nam unum conclaue, concubinae quod dedit miles, quo nemo nisi eapse inferret pedem, in eo conclaui ego perfodiui parietem* ita interpretandum est, ut *unum* idem ualeat atque *unicum*. Alia consulto nunc omitto. Apud Petronium 26 pag. 28, 9 Buech. Heinsius *Eunus* pro *unus* restituit. — Restant alia exempla Plautina non ita multa, quibus usus *unus* pronominis loco articuli infiniti positi comprobetur, sed pauciora sunt, quam quibus freti *unum operarium* Vidulariae inuito libro scripto obtrudere audeamus.

litteram in hoc uocabulo praebent codex Florentinus Digestorum VII 1, 15 et XXXIII 7, 8, codices Plinii hist. nat. XVII 11, 61, uersio antiqua (Itala) Euangel. Luc. XIII 8 (cf. Roenschius ‚Itala und Vulgata' 1869 pag. 88), codices Horatii carm. III 12, 5 et libri mss. Porphyrionis in eum locum, codices Pauli (ex Festo) pag. 65 M, Prisciani inst. gramm. III pag. 115, 12 ed. Hertz, scriptores rei rusticae (passim); apud Vergil. georg. II 241 codex Mediceus cum aliis *qualos* exhibet [9]), contra in Palatino et Romano *quallos* legitur (Cf. O. Ribbeckii Prolegomena critica ad Vergil. pag. 429); ceterum cf. Corssenus ‚über aussprache, vocalismus etc.' uol. I edit. 2 pag. 652. Intellegendi sunt sine dubio ‚quali uindemiatorii exceptoriique, in quibus uuae comportantur' [10]), uel ‚per quos [11]) uinum defluit', uel quibus ad uarios usus ruri opus fuisse ex scriptoribus de re rustica constat. Nec tamen de portandis qualis, quod opus molestissimum erat [12]), cogitandum est sed potius de parandis sarciendisque; cf. Cato de re rust. 23: *quala parentur*, *sarciantur.* 19 *aerum* uel *xerum* uel simile quid in *A* scriptum fuisse uidetur; unde profectus *atrum* conieci propter *candidum*, quod in u. 18 praecedit; neque enim de *Afrum* uel *xerum* (i. e. ξηρόν) cogitandum est.

20 *cuamus* supplementum incertissimum exempli gratia proposui [13]); quodsi incertis ductibus fides omnino habenda neque in insolito *heus* particulae usu haerendum est, possis etiam de *cucumis* lectione cogitare, quamuis spatium uix sufficere uisum sit ad has litteras capessendas [14]); nec tamen ueri est dissimile mali cibi mentionem a Dinia hoc uersu factam esse, quo rustici homines uterentur. Nicodemus enim (u. 21) miserum in malo cibo non haerere fortasse respondit. — 22 *quaesso* et *impertias A.* 22 *mihi* conieci, etsi *impertire aliquem aliqua re* apud Plautum extat Mil. Glor. IV 2, 68 (= 1060 R) [15]), Epid. I 2, 24, Stich. II 1, 27 (= 299). Atque in Pseudolo quidem (I 5, 41 = 456), ubi et *A* et Palatini *Si quid superfit*, *uicinos inpertio* praebent, Ritschelius *id uicino* pro *uicinos* scribendum esse uix recte coniecit: cf. C. F. W. Muelleri ‚Plautinische Prosodie' (Berolini 1869) pag. 539. Sed ex ipso libro Ambrosiano *impertire alicui aliquid* scructura afferri potest Pseud. I 1, 41 (= 43 R): pro eo enim, quod ex Palatinis editiones omnes cum ipsa Ritscheliana circumferunt: *Phoenicium Calidoro amatori suo . . . . salutem mittit et salutem abs te expetit* ex *A* hanc lectionem post diutinum studium expiscatus sum: *Phoenicium Calydoro amatori suo . . . . salutem inpertit et salutem ex te expetit* [16]).

---

9) item Seruius comment. ad hunc locum et ad georg. I 165, nec non Probus de nomine pag. 211, 22 ed. Keil. — In Labbaei glossis (pag. 96 et 152 sq.) et *qualus* et *quallus* legitur; alios locos consulto praetereo.

10) Eos Sabinus (libris ad Vitellium, apud Vlpianum in Dig. XXXIII 7, 8) in eis rebus commemorat, quae ‚in instrumento fundi' sunt. Cf. etiam Iulii Paulli Sentent. III 6, 36 in Huschkii Iurisprudentia Anteiustiniana (ubi *quali* ex Huschkii coniectura legitur pro *aluei*).

11) Secundum Seruium ad Vergil. georg. II 241.

12) Cf. Vlpianus in libro XVIII ad Sabinum in Dig. VII 1, 15: ‚Si librarium rus mittat et qualum et calcem portare cogat . . . . , abuti uidebitur proprietate'.

13) Cf. Horat. sat. II 6, 63; H. Wiskemann ‚Die antike landwirthschaft' (Lipsiae 1859) pag. 10 sq.; I. Marquardtii Antiqq. Roman. priuat. II pag. 35.

14) *cunicos* (κυνικῶς) aduerbium in codicis ductibus latere suspicarer, nisi *cynice* (siue *cunice*) potius forma Plautus in Stich. 699 R usus esset. Aliae uiae supplendi patent.

15) Mil. II 2, 77 (= 232 R) nuper a Lorenzio ita restitutus est: *Auden participare me quod commentu's?*

16) Ritschelio non recte uisum est MITTO potius et EXPETO in *A* extare posse. — Ceterum displicet

22 supplementum nullum in re praesenti excogitare potui, quod ad codicis ductus apte quadraret: uix enim talem uersus formam Plautinam fuisse crediderim: ***Quod abs té opus fiet, quaéso uti mihi inpértias.*** ueri simile uidetur Diniam ex Nicodemo quaesiuisse, quid boni a Nicodemo expectare posset.

23 supplementum incertissimum esse concedo, cum praesertim litterae a 3ª usque ad 11ªm ualde dubiae sint; probabilius tamen uerba inde a ***Seruo pudico*** (u. 23) usque ad ***minume mendace*** (u. 26) Nicodemo quam Diniae [17]) tributa esse contenderim.

24 propter lectionis ambiguitatem certum supplementum proponi nequit. codicis ductus ad ***Qui fide ne peior sit*** quadrare uisi sunt; a qua tamen lectione profectus aut ad ***Qui fide ne*** (uel potius ***non***) ***peior sit quam serui sunt tui*** (uel ***serui ceteri***) aut ad similem restitutionem perueneris, qua genuinus contextus Plauto non uidetur redditus esse. Nec nimis male ad litterarum umbras ***Qui fide fidelior*** [18]) ***sit quam serui tui*** lectio quadrare uisa est, nec tamen nimis incerta in incertis fundamentis collocari fas est.

25 ***minimi A.***

26 ***minime mendacem A.*** 26 ***em*** in apodosi alibi quoque a comicis ponitur [19]) praecedente enuntiato condicionali; cf. Merc. II 2, 42 = 313 ***Si umquam uidistis pictum amatorem, em illic est;*** Terent. Andr. II 6, 27 = 458 ***Nam si hic malist quicquam, em illic est huic rei caput.*** Neque uero cum demonstratiuis tantum pronominibus (cf. Handii Tursellin. uol. III pag. 49) coniungebatur sed etiam cum personalibus: nam Poen. I 1, 31 ***MI. Vin tu illi nequam dare nunc? AG. Cupio. MI. Em me dato***, sententiarum nexu docemur eodem iure dici potuisse: ***Si tu illi nequam dare uis, em me dato.***

27 ***mercennarius*** duplici ***n*** scribendum esse monuit A. Fleckeisenus ‚Fuenfzig artikel aus einem hülfsbüchlein für lateinische rechtschreibung' 1861 pag. 20 sq.; adde ***mercennario*** formam, quam ex palimpsesto Liuii Veronensi laudauit Th. Mommsenus in commentationibus regiae academiae Berolinensis a. 1868 pag. 169. — 28 ***Te esse non credis A***; ***an*** exempli gratia suppleui, ut numeris satisfieret. Vtrum ***credis*** uerbo Nicodemi oratio finiatur necne, dici nequit. 31 Vtrum ab hoc demum uersu an ab eis uerbis quae praecesserunt Diniae oratio inceperit, definiri non potest. 33 ***faciat A***, quo seruato uersus 33 Diniae tribuendus erat. sed quia ***nec*** coniunctione Nicodemi uerba uix apte introduci posse uidebantur, ***faciam*** scripsi, ut uerba Nicodemi ***Minus operis nihilo faciam quam qui plurumum*** Diniae uerbis ***Multum laboret*** similiter respondeant, atque ***unum prandium*** ad ***paullum edit***, et ***praeter mercedem*** ad ***paullum mereat*** respiciunt. 35 ***maerendam A.*** De merenda operariis danda cf. Isidorus Orig. XX 3.

---

ex praepositio cum ***expetere*** uerbo coniuncta, cum alibi et hoc uerbum et ***expetessere*** cum ***a*** praepositione Plautus coniunxerit: cf. Rud. I 5, 1 = 258; V 3, 37 = 1393; Epid. II 2, 70; Most. I 2, 76 = 155.

17) Si Diniae haec uerba tribueris, cum aliud supplementum in u. 23 excogitandum, tum uersus 22 non Diniae sed Nicodemo tribuendus erit.

18) Cf. Trin. IV 4, 4 (= 1096); V 2, 2 (= 1126).

19) Cf. Paulus exc. ex Festo pag. 76 M ***Em : tum.***

Versu 38 simul cum codicis pagina 246 fragmentum primum finitur. Nicodemus a Dinia conductus rus mittitur. Mox tamen, ‚quia' Diniam Nicodemi ‚miserebat' (II 16), qui ‚miserias multas' suas ei narrauerat (II 14. 15), adulescens a sene dimittitur, et ambo deinde prodeunt (II 14 sqq.). Interea Gorgo [20]), dum piscatur, fuscina uidulum icerat [21]), et in ora maritima prope myrtetam (ut cum Plauto loquar [22])) deposuerat, ipse aliud nescio quid agens paulum ab eo loco recesserat. Seruus quidam Cacistus [23]) (qui qua de causa prope eum locum fuerit, ex fragmentis dignosci nequit), Gorgini, ut uidetur, ignotus [24]), e myrteta prosiluit [25]), uidulumque uisum [26]) pro praeda [27]) abstulit. Nec tamen satis caute egerat [28]). Gorgo enim cum aliis piscatoribus [29]) superuenit, uel, ut Cacisti uerba mea faciam, insidias furi dedit [30]) uidulumque Cacisto inuito eripuit. Tum fortasse ira contra Gorginem incensus Cacistus ea uerba exclamauit, quae apud Fulgentium (de abstrusis sermonibus pag. XIV sq. ed. Lersch) leguntur: ***(Oriam dicunt nauiculam modicam piscatoriam, unde et Plautus in Cacisto ait:)*** ***[Fragmentum III]***

Malo hunc ádligari ad hóriam,
'Vt semper piscétur, etsi sít tempestas máxuma [31]).

Nam quamuis Fulgentii fides alibi fere nulla sit, tamen et Cacisti nomen [32]) et metri aequalitas (sept. troch.) ex hac ipsa scaena eum hausisse persuadent. — Frustra tamen Gorginem commouere conatur Cacistus, ut uidulum sibi reddat. Hic incipit

Fragmentum II
(ex codice Ambrosiano)

CACISTVS

'Ibo et quaeram, sí quem possim sóciorum nancíscier,
Seú quem norim, quí áduocatus ádsit: iam hunc nouí locum.
Hícine uos habitátis?

GORGO

Hisce in aédibus; huc addúcito.
'At ego uidulum íntro condam in árcam atque occludám probe.

20) Ab ipso Gorgine uidulum inuentum esse ueri non est dissimile, quamuis certo demonstrari nequeat.
21) Cf. fragm. XI.
22) Cf. fragm. XIII.
23) Cf. inscriptio scaenae pag. 247 uers. 14.
24) Cf. fragm. XIII uerba: *nescio qui seruos.*
25) Cf. fragm. XIII.
26) Cf. II 9.
27) Cf. fragm. II 11.
28) Cf. II 9.
29) Cf. pluratiuum numerum II 3 *habitatis.*
30) Cf. II 10. Ad pugnam inter Gorginem et Cacistum ortam referendum fortasse est fragm. XII.
31) Fulgentii codices *Bruxellensis* 9172 et *Vercellensis* Eusebianus CXLVII (membranaceus 4° saec. X ineunte scriptus, quem ipse anno 1867 inspexi) *alligari* praebent; eidem cum *Bruxellensi* 10083 *oriam; V utsi* (pro *etsi*); *maxima B* 9172 et *V, aliqua B* 10083.
32) Cf. F. Osanni Analecta critica, Berolini 1816 pag. 227; F. Ritschelii Parerga I pag. 162 sq.; Lerschius ad Fulgent. pag. 54 sq.

Tú si quem uis ínuenire tíbi patronum quaérita.
Pérfidiose númquam quicquam hic ágere decretú*m*st mihi.

CACISTVS

Qúr, malum, patrónum quaeram, póstquam litem pérdidi?
Né*mo* ho*mo* . . . . que infelíx fui,
Vídulum q*ui* ubi u*íd*i non me círcumspexi céntiens:
Vérbero illic ínter m . . . . insidiás dedit.
Tám scio quam mé*d* hic stare: cáptam praedam pérdidi,
Nísi quod égo meí simile áli*ud* cóntra con*s*iliúm paro.
Híc astabo atque óbseruabo, sí quem amicum cónspicer.

(Noua scaena incipit. Interlocutores:)

DINIA	NICODEMVS	CACISTVS
SENEX	*ADVLESCENS*	*SERVOS*

DINIA

Ne tu édepol hodie míserias multás tuas
Mihi nárauisti eóque ab opere máxume
Te abíre iussi, quía me miserebát tui.

CACISTVS

Illic ést adulescens, quém *tempestas* ím ⏑ –.

NICODEMVS

*De*fic*iu*nt *ae*s atque ár*g*en*tum* . . . .
Etiam égo *rogem* d*es* míhi *minam* [*unam*] mút*uam*.

CACISTVS

In ópus ut sese cónlocauit quám *cito*!
Pol ha*u*d cessauit, póstquam *terra*m áttigi*t*.

DINIA

Mirúmst *n*i au*diui* tuám u*ocem* *u*squa*m* *géntium*.
. . . . parent . . . . fil*i* . . .
Rem míhi na . . . . simúl.
Puer*e*, *i* *s*i*s* hí*nc* . . . .
Egéntiorem *hercle* *hó*mine*m* n*oui* néminem.

NICODEMVS

. . . . . . edepo*l* . . . .

DINIA

Caue tu ístuc dixis; ímmo etiam argentí minam,
Quam me órauisti út darem tibi *f*aénori,
Iam ego ádferam ad te; faénus mihi nullúm duis.

NICODEMVS

Di tíbi illum faxint fílium saluóm tuum,

Qum míhi, qui uiuam, cópiam inopí facis;
Sed quín accedat faénus, id non póstulo.

DINIA

Defaéneráre hóminem egéntem haú decet.
Quam ad rédditurum té mihi dicís diem?
Caue démutassis.

NICODEMVS

'Vsque donec sóluero.

ADNOTATIO AD FRAGM. II. 3 *hiscin A.* 6 *decretust A.* 6 His dictis domum suam intrat Gorgo. Cacistus solus in scaena remanet et ad spectatores conuersus sequentia uerba loquitur. 7 *litem perdidi* facete dixit Cacistus, quippe qua locutione simul causa se cecidisse et re, de qua agi posset siue quae in controuersia esse posset, priuatum se esse[33]) significauerit. *lis* autem pro eo quod nos dicimus ‚streitobject' alibi quoque apud Plautum occurrit: cf. inprimis Rud. prol. 17. 20 (et fortasse Cas. II 8, 73). 8 ad sensum talia fere desiderari uidentur: ‚Nemo homo miserior me est nec umquam aeque infelix fui'. 10 *uerbero* scil. Gorgo. 11 *me A; med* scripsi; possis etiam de *astare* cogitare (cf. II 13). 12 *Nisi quid ego mei simile aliquid contra concilium A*; *quid* et *quod*, item *aliquid* et *aliud* in libris scriptis saepius inter se commutantur, quam ut de ablatiuo *qui* uel *aliqui*[34]) cogitandum esse uideatur. *mei simile consilium* lepide dixisse uidetur Cacistus suum nomen (ὁ κάκιστος) significans, ut ‚pessumum consilium' intellegendum sit. Similiter Diniarchus adulescens in Truculento (I 1, 58 sq.) nomine Phronesii meretricis lusit: *Nam mihi haec nunc meretrix, quae hic habet, Phronesium suum nomen* (i. e. φρόνησιν siue sapientiam) *omne ex pectore exmouit meo.* Cf. etiam Bacch. I 2, 21 = 129; 240; 362; Pseud. 229; 712; 736. Ritschelius opusc. II 174 ab *egomet* (ita enim pro *ego mei* in *A* legere sibi uisus est) lectione profectus uersus initium liberius ita restituendum esse opinatus est: *Nisi quidem egomet aliquid simile.* 13 Cacistus in scaena remanet; prodeunt Dinia et Nicodemus inter se colloquentes. De *Dinia* (= Δεινίας) non *Dinias* nominatiuo cf. quae diximus in libro qui inscribitur ‚Festgrusz etc.' pag. 59 adn. 1. — Diuerbium inter actores qui in scaena collocuntur a me recte distributum esse inde ueri simile fit, quod in scaenarum inscriptionibus in codice *A* interlocutores eodem ordine nominari solent, quo in ipsa scaena quae sequitur uerba facere incipiunt. Sane exceptionis loco ea exempla habenda sunt, de quibus nunc disputabo: Falso ordine enumerati extabant interlocutores in titulo scaenae Persae IV 5; etsi enim prior pars tituli foramine absumptus intercidit, constat tamen titulum in TOXILUS exiisse, qui in ipsa scaena non ultimo sed primo loco uerba facit. Item in titulo scaenae Militis Gloriosi IV 4 ACROTELEUTIUM MILPHIDIPPA PLEUSICLES PALAESTRIO nominantur: Palaestrio tamen ante Pleusiclem loquitur. Item in indice personarum Casinae III 6 praemisso post Olympionis nomen non proximum locum, ut debebat, sed ultimum tenet coqui nomen. Quodsi Pers. II 5 TOXILUS SAGARISTIO SOPHOCLIDISCA legitur, ubi Sophoclidisca ante Saga-

33) Cf. II 11: captam praedam perdidi.

34) Ablatiuum pronominis in *d* exeuntem in *quid* uel *aliquid* seruatum esse facile quis opinetur.

ristionem loquitur; item Mil. Glor. II 4 PHILOCOMASIUM PALAESTRIO SCELEDRUS, ubi Palaestrio ante Philocomasium; item Pseud. I 5 SIMO CALLIPHO PSEUDOLUS, ubi Pseudolus ante Calliphonem; Most. III 2 SIMO THEOROPIDES TRANIO, ubi Tranio ante Theopropidem loquitur: haec omnia eo nomine excusari posse puto, quia rubricator in eo uersu, qui scaenae inscriptionem proxime sequitur, epitheta interlocutorum perscripturus, quantum fieri posset, eodem epitheto bina nomina comprehendere uoluisse uidetur. Ergo aut fallor aut e. g. Pers. II 5 rubricator aut scripserat aut saltem scripturus erat [35]):

TOXILUS	SAGARISTIO	SOPHOCLIDISCA
SERUI	II	ANCILLA [36])

Contra reuera inuerso ordine Epid. I 1 THESPRIO EPIDICUS enumerantur, qui tamen error aliquo modo excusari posse uidetur, quia totus uersus primus in *A* uni interlocutori tribuitur nullo spatio uacuo post ***Heus adulescens*** uerba relicto.

Itaque titulus qui in fronte scaenae Epidici II 2 in *A* legitur EPIDICUS PERIPHANES APOETIDES (sic pro ***Apoecides***) nescio an indicio sit lacuna ante uersum II 2, 6 non pauca intercidisse, cum secundum uulgatam lectionem Epidici soliloquium non Periphanis sed Apoecidis uerbis (uers. II 2, 6) excipiatur. Cui coniecturae deperditarum in *A* membranarum computatio non male uelificatur: exit enim pagina 320 in uersum II 2, $1^b + 2^a$, pagina 195 autem a uersu II 2, 30 incipit; ueri igitur est simillimum, cum unicum folium 38 uersuum interciderit, plura in Ambrosiano extitisse quam quae in libro Vetere Camerarii (*B*) inter uersum II 2, 2^a et II 2, 30 leguntur, quamuis diuisionem eorum uersuum, qui uersum II 2, 2^a proxime secuntur, a uulgata distinctione recessisse conieceris.

15 De ***narauisti*** scriptura cf. Guil. Brambachii ‚Die umgestaltung der lateinischen ortho-

35) Vtrum rubricatori spatium tantum relictum in *A* fuerit an — quod probabilius uidetur — minium ne gallae quidem ui resuscitari potuerit, dici nequit.

36) Prorsus eodem modo in libro Bembino Terentii (cf. editio Vmpfenbachiana), ubi fieri potest, bina nomina eodem epitheto comprehenduntur in titulis scaenarum Andr. V 5; Eun. III 5, IV 4; Heaut. I 1, II 2, II 3, II 4, III 1, IV 8, V 1, V 2, V 5; Phorm. I 2, I 3, I 4, II 3, III 3, IV 1, IV 2, IV 3, V 3, V 8; Hec. II 2, III 4, III 5, IV 4, V 2; Ad. I 2, II 4, IV 3, IV 7, V 3. Ideo factum est, ut in Bembino eodem modo atque in palimpsesto Plautino nonnumquam contra ordinem peccaretur: uelut Eun. IV 3

PYTHIAS	DORIAS	PHAEDRIA
ANCILLAE	II	ADVLESCENS

scriptum est, quamuis Dorias post Phaedriam uerba faciat; idem de Eun. V 8, Heaut. IV 4, Phorm. IV 5, V 8, Ad. III 4 dicendum est. — Nonnusquam tamen in Bembino quoque falsus ordo merae neglegentiae tribuendus est: cf. Eun. II 3, III 2, V 5, V 8; Heaut. II 1, IV 7; Phorm. II 3, V 8; Ad. II 4, V 2. Ceterum nonnullae inscriptiones in *A* mutilae sunt: uelut Trin. IV 2 nomine sycophantae omisso CHARMIDES solus commemoratur; Poen. V 4 Hannonis nomen omissum fuisse uidetur; Epid. IV 2 amanuensis neglegentiae fortasse tribuendum est, quod solum Periphanis nomen ibi extitisse uidetur, etsi de lectione Ambrosiani in hoc uersu minime constat; Pseud. I 2 si ab omissa lorarii uel lorariorum significatione recesseris, recte BALLIO CALYDORUS (sic) PSEUDOLUS nominari uidebuntur; Pers. IV 4 UIRGO nomen amanuensis errore omissum esse uidetur; Cas. IV 4 Pardalisca et Chalinus soli nominantur i. e. ea persona, quae primo loco uerba facit, addita persona muta (CHALINUS): debebant addi ANCILLA altera (persona muta) et IDEM (i. e. Olympio et senex, qui in scaena proxime antecedente uerba fecerant; Most. III 3 Tranionis nomen fortasse falso omissum erat, sed huius tituli lectio in *A* incertissima est. Rud. II 7 SERUUS (i. e. Sceparnio) LENO (i. e. Labrax) PARASITUS (sic praue pro SENEX, cf. inprimis Rud. prol. 49, i. e. Charmides) leui errore nominantur. Contra Mil. Glor. III 1 interlocutores rectissime hoc ordine enumerantur: SERUUS (i. e. Palaestrio) SENEX (i. e. Periplecomenus) ADULESCENS (i. e. Pleusicles).

graphie' (Lipsiae 1868) pag. 272. -- 17 in fine (post *tempestas*) *perdidit* uel simile uerbum latere suspiceris; incertae tamen scripturae umbrae alio ducere uidentur. Versuum 18—21, 23—25, 27 restitutio item ut lectio incertissima est. 18 *aes* scripsi, *as A*, ut uidetur. 18 *argentum* scripsi, *argumentum A*, ut uidetur. 19 uersus collatis uu. 28 sq. suppletus initio uix recte se habet; numeri melius fluent, si *ut* ante *des* inserueris. *unam*, quae uox post *minam* propter homoeoteleuton facile intercidere poterat, omisit *A*. 20 Cacisto aptius quam Diniae haec uerba tribui posse uidentur. *collocauit A;* de structura cf. Merc. 552 sq. 21 in *A haec* magis quam *haut* extare potuisse uisum est; hiatum post *terram* inserto *hanc* pronomine uix recte sustuleris, nec tamen in propatulo est, qua medela opus sit. 22 *Mirumst ni* scripsi, *mirum est si A*, ut uidetur. 23 filii, quem absentem lugeret, mentionem a Dinia patre factam esse collato uersu 31 ueri fit simillimum. 25 *puer i sis A*, ut uidetur; ad seruum conuersus haec dicere uidetur Dinia. 26 *hominem* scripsi, *homine A*, ut uidetur. 26 utrum Diniae an Cacisto haec uerba tribuenda sint, non satis liquet. De uersibus 28—34 cf. quae diximus in Hermae Berolinensis uol. I pag. 293—295. 29 *faenori* scripsi, *taenori A*. hiatum legitimum in caesura penthemimere caue neglecta caesura *uti* scribendo uites; *quam med orauisti* uel *quam modo me orauisti* uel similia supplementa proponent, qui cum hiatu belligerant. 31 *saluum A*.

32 hiatum post *copiam* uocem in *m* exeuntem in dihaeresi inter quartum et quintum pedem caue *feceris* pro *facis* substituendo remoueas; immo indicatiuus praesentis (cf. Capt. 355 sq., Mil. Glor. 1419, Poen. III 3, 54. 74) aut perfecti (cf. Poen. I 1, 81) ex more Plautino expectatur. Aliae uiae ad hunc hiatum tollendum satis multae patent: uelut non inepte *hanc* post *copiam* excidisse suspiceris. 34 hiatum in caesura penthemimere neque *me* inserendo neque *homonem* pro *hominem* [37]) restituendo tollere uelim. 34 hiatum inter *egentem* uocabulum in *m* litteram exiens et *hau* particulam ab *h* littera incipientem — si hiatus omnino harum litterarum concursus appellari debet — nolim *non* pro *hau* substituendo aut *me* ante *hau* inserendo obscurare. 35 De collocatione uerborum cf. inprimis Terent. Phorm. III 2, 38. 39.

De fabulae exitu coniectando tantum diuinandoque ex fragmentis a grammaticis seruatis iudicari potest. Ex pluribus autem interpretandi rationibus, quae tamquam sua sponte sese offerre uidebantur, eam selegi, quam ueri esse simillimam post diutinam cogitationem intellexi. Postquam Nicodemus minam argenti a Dinia accepit et senex solus in scaena remansit, Cacistus hunc adiisse uidetur, ut eius ope uidulum recuperaret. Vidulus deinde similiter atque in Rudente Plautina [38]) sequestro apud Diniam ponitur [39]). Ad hanc scaenam pertinent

Fragmenta IV et V

Prisc. inst. gramm. VI 32 (uol. I pag. 223 sq.): ,Excipitur *sequester*, *sequestris*, quod duplici ratione compellitur secundae esse, quoniam et *st* ante *er* habet nec est possessiuum et

37) Hoc enim modo uersus caesura caret.

38) Cf. Theodorus Muther ,Sequestration und arrest im römischen recht' (Lips. 1856) inprimis pag. 8 sqq.

39) Cf. fragm. IV. V. VI.

quod in *a* facit femininum . . . tertiae tamen inuenitur declinationis apud plerosque — Cicero . . . sed Plautus hoc quoque secundum analogiam declinauit, ut in Vidularia *(frgm. IV)*:

'Animum aduortite, ámbo, sultis, uídulum hic adpónite;
'Ego seruabo, quási sequestro détis, neutri réddibo,
Dónicum haec diiudicata rés erit (◡ – ◡ –) [40]).

In eadem: *(frgm. V)*

Haú fugio sequéstrum' [41]).

Eidem scaenae haec duo fragmenta tribuenda esse apparet; fortasse prioris uerba Diniae, alterius Gorgini tribuenda sunt.

Vtrum ad eandem — quod magis placet — an ad posteriorem scaenam, in qua de causa apud sequestrum acta relatum sit,

Fragmentum VI

pertinuerit necne, diiudicari nequit. Legitur enim apud Priscianum inst. gramm. X 37 (uol. I pag. 528 H): ‚antiqui tamen et ***posiui*** protulisse inueniuntur. Plautus in Vidularia:

(– ◡ –) nunc ápud sequestrum uídulum posíuimus' [42]).

Sub exitum huius scaenae Nicodemus ipse [43]) litigantibus uidetur superuenisse. Eo refero

Fragmentum VII

Ad Prisc. inst. gramm. V 37 (uol. I pag. 165) adscriptum est in codicibus [44]): ‚claxendix [45]), quod significat concham, qua signum tegitur. Plautus in Vidularia [46]):

'Oppositast claxéndix. At ego sígni dicam quíd siet' [47]).

Haec non ab una persona pronuntiata esse ueri est simillimum; ultima uerba fortasse Nicodemus dixit. Vidulus enim coram Dinia apertus et ex signo anuli [48]), qui in uidulo seruatus fuisse uidetur, Nicodemum Diniae filium esse intellectum est. Iam supra [49]) Dinia Nicodemi uocem nouisse se

---

40) *ambo* ed. Aldina, *amalo GK*, *et uidete A*, *amabo* reliqui; *sultis* Bothius, Struvius, *si uultis* codd.; *uitulum RBADHLg*, *uitilum G*; *opponite K*, *apponite* reliqui; *seruabo* ex *seruauo* corr. *B*; *neutri* om. *G*; (*redde* sup.) * * * *ibo* (*redibo* sup.) (red?) *Ll*, *redde ibo Gg*, *reddibo Hh*, *s̄ ibo K*; (*uel donec* sup.) *donicum Gg*, *donecum H*; u. 3 mutato uerborum ordine restituit Ritschelius opusc. II 241; codd. hoc loco hunc ordinem uerborum praebent: *res iudicata erit haec*, nisi quod *iudicata*] *re iudicata BDHr*, *diiudicata g*, *diiucata A*; *erit haec*] *d*, *erit. Haec D*, *erit GK*, *erit. hic L*. — Versum 2 laudat Nonius pag. 508, 8: ‚Reddibo. Plautus Vidularia: *Ego seruabo, quasi sequestri detis: neutri reddibo*'. (*quasi* om. cod. Leidensis); ex codem uersu Prisc. VI 35 (pag. 226, 14) excerpsit: ‚Plautus in Vidularia *neutri reddibo* dixit datiuum'. Ex uersibus 2 et 3 idem inst. gramm. XIII, 11 (uol. II pag. 7) haec laudat: ‚Plautus in Vidularia *neutri reddibo*, *donicum res diiudicata* (*deiudicata GLK*) *sit*'. Ex hoc denique uersu haustum est, quod in glossario Plautino (in Hertzii Prisc. II pag. 59) legitur: ‚In Vidularia *donicum* pro *donec*'.

41) *idem* sup. lin. ante *in eadem* add. *Hh*; *haud RBADH*, *haut* reliqui.

42) *çapud R*; *uitulum h* et *D*, in quo prius *uidulum* fuerat; *posuimus* (*i* sup.) *RrH*. — Verbis ipsis integer senarius iambicus efficitur; sed cum tota scaena septenariis trochaicis composita fuisse uideatur, septenarii exitum statuere malui.

43) aut familiaris Nicodemi, certe qui uidulum optime nosset; cf. uerba *At ego signi dicam quid siet*.

44) Cf. Krehlius et Martinus Hertzius in adnotatione critica.

45) *clasendix GL*.

46) *in uidularia* om. *GL*, *in uitularia* add. *g*.

47) *opposita est* codd.; *clasendix GL*; *ego HKL*, *uero G*; *siet* Bothius, *sit* codd.

48) Cf. fragm. VII. IX.

49) Cf. fragm. II 22.

suspicatus et filii sui absentis recordatus erat [50]). Nicodemus, qui sine dubio per longum temporis spatium a patre et patria abfuerat, sub ipsum fabulae finem ea uerba uidetur protulisse, quae

Fragmentum VIII

seruauit. Legitur enim apud Priscianum inst. gramm. VII 36 (uol. I pag. 317 H): ,In *is* productam Graeca et Latina masculina uel feminina uel communia . . . . *haec Soteris huius Soterinis* — Plautus in Vidularia:

'Immo id, haec quod nóstra patriast ét quod hic meus ést pater, [51])
'Illic autem Sóterinis ést pater'. (◡ – ◡ –)

Haec Soteris quae fuerit, ex Vidulariae fragmentis dignosci nequit; attamen Soterinis mentio sufficere uidetur, qua freti amori quoque suum locum in hac fabula datum fuisse coniciamus. Qua tamen ratione uiduli fata cum uicibus amatoriis a poeta Sarsinate conexa fuerint, ne diuinando quidem adsequi possumus. Sane dignus uidebitur Nicodemus fuisse, qui post multas quas perpessus erat calamitates non solum cum uidulo fortunam deperditam et ipsum patrem recuperaret, sed etiam uxoris amore donaretur. Certe anuli ope uidulum recuperauit, id quod demonstrat

Fragmentum IX

Non. p. 258, 27: ,Contendere significat comparare. Plautus in Vidularia:

Sígnum recte cónparebat, húius contendi ánulum'.

(*comparebat* Leidensis [et Mercerius ex coni.], *comparabat* reliqui).

Reliquorum fragmentorum sedes accuratius definiri nequit:

Fragmentum X

Non. pag. 138, 27: ,Mendicarier pro mendicare . . . . Plautus Vidularia:

Malím moriri meós quam mendicárier:
Boní miserantur íllum, hunc inridént mali'.

immiserantur et *illhunc irrident* M., *ministrantur* et *illum nunc inrident* GR. Verba fortasse erant Diniae senis, qui Nicodemum mendicum filium suum esse nesciens haec dixit.

Fragmentum XI

Non. pag. 123, 32 sq.: ,Icit significat percutit, ab ictu. Plautus . . . . Idem Vidularia:

Ibi út piscabar, fúscina ici uídulum'.

Verba sine dubio sunt piscatoris, Gorginis, ut uidetur (cf. supra pag. 17), quae quo loco fabulae pronuntiata sint non liquet.

Fragmentum XII

Nonius pag. 468, 29: ,Deluctaui pro deluctatus sum. Plautus in Trinummo . . . . Idem in Vidularia:

Quid múlta uerba? plúrumum luctáuimus'.

(*plurimum* M. GR.)

50) Cf. fragm. II 23, cum adnotatione nostra; et Nicodemi uerba (II 31) *Di tibi illum faxint filium saluom tuum.*

51) ita liberius Bothii uestigia secutus scripsi, ut trochaici septenarii legibus satisfieret; Prisciani editores et O. Seyffertus in Philologo Gottingensi uol. XXIX pag. 401 seruata librorum lectione duos senarios iambicos statuerunt, quorum prior propter numerorum asperitatem ualde displicet: *Immo id, quod haec nostra est patria et quod hic meus | Pater, illic autem Soterinis est pater.*

Fortasse Nicodemi haec uerba sunt de naufragio aut Gorginis de piscatu referentis. Nescio tamen an ad pugnam potius referenda sint, quae inter Cacistum furem et superuenientem Gorginem fortasse exorta erat.

Fragmentum XIII

Ad narrationem Gorginis piscatoris de Cacisto uidulum furante pertinere uidentur uerba, quae Priscianus inst. gramm. IV 12 (uol. I pag. 123, 26 H) seruauit: ,myrtetum' — quamuis feminino genere Plautus in Vidularia [52]) hoc protulit:

Néscio qui séruos e myrtéta prosiluít'. ◡ –

t
quis LKdh; mirteta HK, mirtea Gg, myrtheta A; prosilit Bothius, ut senarius iambicus efficeretur: sed *prosiluit* perfectum apud Porphyrionem quoque legitur. Extat enim in libris scriptis Porphyrionis ad Horat. carm. I 38 fin. scholion corruptissimum: ,Plautus in Vidularia [53]) myrtum [54]) et feminino genere dixit et neutro; feminino sic: per [55]) myrteta prosiluit. et haec myrtus Veneris est haec myrtus et haec myrteta nomen significat.' [56])

Fragmentum XIV

Prisc. inst. gramm. VII 16 (uol. I pag. 300, cf. 299, 15): ,Inuenitur tamen in usu etiam in ,um' accusatiuus huiuscemodi nominum: . . . . Plautus in Vidularia:

'Eiusdem Bacchaé fecerunt nóstram nauem Péntheum'.

o
Platus K; bacche AD, bache BHGLK; nastram Kk; penteum K. Pertinet hoc fragmentum sine dubio ad tempestatis descriptionem, qua Nicodemi nauis fracta erat. ***eiusdem*** igitur uocabulum ad Neptuni mentionem respicit, quae in contextu Plautino uidetur antecessisse; ,Bacchae' autem aut undae aut procellae appellatae erant: cf. inprimis procellae descriptio Trin. IV 1 (832—837). Infelicius res successit Guilelmo Wagnero (,de Plauti Aulularia', Bonnae 1864 pag. 9), qui haec de Vidulariae argumento profert: ,Videtur in ea lenoni locus fuisse, meretrices certe ibi fuerunt, id quod testatur uersus . . . . ***eiusdem Bacchae fecerunt nostram nauim Pentheum:*** cf. Bacchidum III 1, 4 (= 391 R) ***Bacchides non Bacchides, sed Bacchae sunt acerrimae,*** cf. etiam u. 53, ubi ***Baccharum*** et ***bacchanalis*** fit mentio'.

Fragmentum XV

Prisc. inst. gramm. VI 46 (uol. I pag. 235): ,algor algoris', quod etiam ,hic algus huius algus' dicitur. Plautus in Vidularia:

'Inopiam, luctúm, maerorem, paúpertatem, algúm, famem.

---

aulu
52) *uicularia Rr, uitularia AH, uidulario K.*

53) *uidularia* Monacensis et Guelpherbytanus, *aulularia* codd. recentiores, cf. Guilelmus Wagner ,de Plauti Aulularia' (Bonnae 1864) pag. 13.

54) *myrtetum* coni. Paulyus.

55) pro *per* Guelpherbytanus solus *e* (cum Prisciano) praebet.

56) Si a uerbis *et haec myrtus* (quae in codd. post *prosiluit* extant) uel a uerbis *haec myrtus* (quae in codd. post *Veneris est* extant) recesseris, ultimis uerbis scholion bipertitum contineri uidebitur, cuius prior pars cum scholio Acronis in Horat. carm. III 4, 19 (,laurus . . . . dicata Apollini est et myrtus Veneri') apte comparari possit, altera ad scholion Porphyrionis uel Acronis in Horat. epist. I 15, 5 (ubi scholiastae de nomine proprio referunt) respiciat.

uidullaria R, *uidolaria Dd; merorem RDGL*, *moerorem H*, *memorem K*. Cf. uol. I pag. 192 H. — Spectant haec uerba sine dubio ad mala, quae Nicodemus naufragus perpessus erat, et ex eadem scaena excerpta esse uidentur, ad quam fragmentum X pertinebat.

Fragmentum XVI

Ad Nicodemi paupertatem fortasse referendum est, quod praebent:

a) Priscianus inst. gramm. V 16 (ed. Hertz uol. I pag. 152, 8—10): ‚pauper', cuius femininum in ‚a' quoque uetustissimi proferebant — Plautus in Vidularia (uitularia *L*):

Paupera haec res est.

b) Probus Cathol. pag. 16, 13 ed. Keil: dicitur et haec paupera, Plautus:

Paupera haec res est.

in margine codicis Bobiensis *paupera* post *est* additur; inde explicandum uidetur, quod in editione Iani Parrhasii legitur: ‚Plautus haec res est paupera'. Ceterum cf. quae Fridericus Lindemann ad hunc locum adnotauit; Seru. ad Verg. Aen. XII 519.

Fragmentum XVII

Iunius Philargyrius ad Verg. ecl. 2, 63: ‚Dicebant enim leonem masculum et feminam, ut Plautus in Vidularia:

Nam audiui féminam
'Ego leonem sémel paríre'.

De ‚parire' forma cf. Ennius (annal. I fragm. 12 ed. Vahlen) apud Varronem de ling. lat. V 59 M, Diomedem art. gramm. I pag. 383, 4—6 ed. Keil, Priscianum inst. gramm. VIII (uol. I pag. 401, 2—5 ed. Hertz), X (pag. 500, 19—21 et pag. 540, 6—8); ‚paribis' ex L. Pomponii Bononiensis Buccone auctorato laudat Nonius pag. 508 Merc. (in Ribbeckii Comicorum latinorum reliquiis pag. 193); cf. Ger. Io. Vossii Aristarch. De analog. III 35; uol. II ed. Eckstein pag. 876 (pro 872); Struve ‚Ueber die lat. decl. und conjugat.' pag. 200 sqq.; Frid. Neue ‚Formenlehre der lateinischen sprache' uol. II pag. 318 sq. (Mitav. 1861); H. Merguet ‚Die entwickelung der lateinischen formenbildung' Berolini 1870 pag. 176; Corssen ‚Ueber aussprache, vocalismus und betonung der lateinischen sprache' uol. II (edit. II) pag. 410 sq.; H. Roensch ‚Itala und Vulgata' 1869 pag. 291; Schuchardt ‚Vocalismus des vulgaerlateins' I pag. 408.

Verba, quae apud Philargyrium tradita sunt, trochaici septenarii exitum et septenarii initium efficiunt.

Fragmentum XVIII

Nonius pag. 220, 25: Pedis, quem nos pediculum dicimus, generis masculini est. Nouius . . . . Feminini Plautus Vidularia:

Vbi quámque pedem uíderat, subfúrabatur ómnis.

Iambicum septenarium restituit A. Fleckeisenus in ‚Neue iahrbücher für philologie und paedagogik' 1861 pag. 575 sq., ubi *pedem* uocabulum olim prima producta pronuntiatum esse demonstrauit; *uiderat* Fleck., *uidebat* codd.; *suppurabatur* cod. Leidensis, *suffurabatur* reliqui. *Vbi quemque* uel *Vbicumque* coniecit Naudetus. De homine rapace (Çacisto?) haec dicta esse apparet.

Fragmentum XIX

Non. p. 104, 10: Expalpare: elicere . . . . Plautus Vidularia:

Nunc séruos argentum á patre expalpábitur.

(*seruus* codd.) Cf. Non. p. 476: ‚Expalpabitur' pro ‚expalpabit', quod est extorquebit. Plautus in Vidularia: ‚seruus a patre argentum expalpabitur' (quae uerborum collocatio uix Plautina est). Quae uerba nescio qua ratione cum Vidulariae argumento conectenda sint.

Fragmentum XX

Fulgentius de abstrusis sermonibus pag. XXII et XXIV ed. Lersch: Culleum dicitur saccus [57]), in quo rei inclusi in mare mittuntur; sicut Plautus ait in Vidularia [58]): ‚Iuuènem hunc [59]) insui in [60]) culleo atque in altum [61]) deportari iussi [62]) annonam bonam piscibus' [63]). A qua lectione profectus aut

Iúben hunc ínsui in cúlleo
'Atque in altum déportari, sí uis annonám bonam
Píscibus . . . .

aut aliquid simile restituerem, nisi de mala fide Fulgentii hoc quoque loco fortasse conspicua Lerschius ad. Fulg. pag. 71 sq. egisset.

Fragmentum XXI

Ex Rothii et Gerlachii coniectura [64]) Vidulariae ei quoque uersus uindicandi sunt, quos secundum libros manu scriptos ex Aulularia laudauit Nonius pag. 332, 31: Plautus Aulularia:

Séd leno egreditúr foras:
Hinc éx occulto sérmonem eius [65]) súblegam.

Sane lenoni in Aulularia locus est nullus; nec tamen satis liquet, quomodo lenonis persona cum argumento Vidulariae conectenda sit.

Moneo denique, ne quid uidear praetermisisse, uerba a Gellio noct. att. VII 9 ex Aulularia seruata Guilelmo Wagnero l. l. pag. 13 ad Vidulariam uideri pertinere; sed quia ‚haud leuis' tantum ‚eius rei suspitio animum' uiri doctissimi ‚pungit', hanc ipsam suspicionem commemorauisse sufficiat.

Haec dudum a nobis praeparata erant, quae uobiscum, commilitones carissimi, communicarentur; sperabamus enim fore ut togatis uobis fabulae Plautinae nouae aeque placerent atque olim placuerunt Romanis. Nunc sagatis uobis non Thaliae sed Bellonae sacrificandum esse intelleximus. Sed ut ipse Plautus, ubi Punicorum armorum strepitus comicae Musae obsonuit, fabulae argumentum bellicrepa exhortatione interrupit, sic nobis quoque liceat ex Sarsinatis poetae numeris hanc nouam uobis contexere exhortationem:

Perdite perduelles, parite laudem et gloriam,
Vt uobis uicti Galli poenas sufferant!

---

57) *saccum B* 10083 et *V.* 58) *ait in uidularia plautus B* 10083.
59) *iuuenem hunc B* 9172 et *V*, *hunc iuuenem B* 10083; *iube hunc* Merc.
60) *in B* 9172, om. *B* 10083 et *V.* 61) *in altum B* 9172 et *V*, om. *B* 10083.
62) *iussi* codd., *si uis* Merc. 63) *piscibus B* 10083 et *V*, om. *B* 9172.
64) Cui adstipulatur Guil. Wagnerus de Plaut. Aul. pag. 9; cf. tamen quae supra ad fragm XIV adnotauimus.
65) *sermonem eius* coni. Mercerius ad Non. pag. 740, *sermones atus* codd.

I) SCHOLAE THEOLOGORUM.

PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. C. WIESELER, p. p. o. dec.

I) Publice seminari theologici exercitationes in Novo Testamento interpretando moderabitur die Iovis hor. VI. — II) Privatim 1) evangelium Ioannis apostoli usque ad historiam passionis Iesu Christi explicabit quater p. h. hor. X; 2) theologiam biblicam Novi Testamenti tradet quater p. h. hor. XII.

Dr. I. GUIL. HANNE, p. p. o.

I) Publice de selectis doctrinae Christianae locis in usum commilitonum omnium facultatum disseret semel p. h. die Merc. hor. VI. — II) Privatim theologiae practicae partem secundam tradet quater p. h. hor. XII.

Dr. O. ZÖCKLER, p. p. o.

I) Publice seminari theologici exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes moderari perget die Lunae hor. VI. — II) Privatim 1) historiae ecclesiasticae partem tertiam sive historiam ecclesiae temporum recentiorum inde a rerum sacrarum reformatione tradet sexies p. h. hor. IX; 2) historiam dogmatum ecclesiae Christianae enarrabit quinquies p. h. hor. III.

Dr. E. VILMAR, p. p. o.

I) Publice 1) capita selecta e Chaldaicis V. T. paraphrasibus explicanda proponet semel p. h. hor. def.; 2) seminari theologici exercitationes in V. T. interpretando moderari perget die Ven. hor. VI. — II) Privatim 1) librum Iobi interpretabitur quater p. h. hor. IV; 2) Isagogen in V. T. libros tradet quinquies hor. V.

Scholae, quae ad theologiam systematicam pertinent, postea indicabuntur.

II) SCHOLAE IURECONSULTORUM.

PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. E. I. BEKKER, p. p. o dec.

I) Publice exercitationes, quae ius Romanum spectant, in seminario iuridico perget moderari d. Merc. hh. V et VI. — II) Privatim pandectas additurus disputationes docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Vener. hh. XI et XII.

Dr. K. TH. PÜTTER, p. p. o.

I) Publice de iure gentium privato et de conflictu statutorum duce libro suo: „Das praktische Europaeische Fremdenrecht“ disseret bis per hebd. hora auditoribus commoda. — II) Privatim 1) encyclopaediam et methodologiam iurisprudentiae duce libro suo: „Inbegriff der Rechtswissenschaft“ sexies p. hebd. hor. XII; 2) ius ecclesiasticum praemissa brevi eius historia sexies p. hebd. hor. X docebit.

Dr. C. F. W. I. HAEBERLIN, p. p. o.

I) Publice practicum criminale instituet d. Sat. h. XII. — II) Privatim 1) historiam iuris et imperi Germanici docebit quinquies p. h. hor. XI; 2) ius criminale disputationes adiecturus tradet quinquies p. h. hor. X.

Dr. C. T. O. FRANKLIN, p. p. o.

I) Publice exercitationes seminari iuridici in iure Germanico versantes moderabitur die Sat. hor. IV et V. — II) Privatim 1) ius publicum Germanicum tradet quinquies p. h. hor. V; 2) ius commune Borussicum quinquies p. h. hor. IV.

Dr. H. WITTE, p. p. o.

Adversa valetudine impeditus lectiones non habebit.

Dr. O. KARLOWA, p. p. o.

I) Publice 1) exercitationes seminari iuridici, quae processum civilem spectant, moderabitur die Mart. hor. V et VI; 2) Gai Institutionum commentarium quartum interpretabitur diebus Lunae et Iovis hor. VI. — II) Privatim 1) Institutiones tradet diebus Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI; 2) ius hereditarium diebus Lun. Mart. Iov. Ven. hor. X.

III) SCHOLAE MEDICORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. IULIUS BUDGE, P. P. O. DEC.

I) Publice anatomiam organorum sensus tradet die Ven. h. VIII. — II) Privatim 1) anatomiam corporis humani docebit quater per hebd. h. VIII et IX; 2) exercitationes anatomico-practicas moderabitur quotidie h. XI—I et h. II—IV.

Dr. C. A. S. SCHULTZE, P. P. O.

Venerabilem senectutem excusans a scholis vacabit.

Dr. H. C. A. PERNICE, P. P. O.

I) Publice de morbis recens natorum disseret die Iov. h. III. — II) Privatim 1) theoriam artis obstetriciae docebit dieb. Lun. Mart. Merc. h. III; 2) exercitationes clinicas et policlinicas obstetricias operationesque in phantomate instituendas moderabitur dieb. Lun. Merc. Ven. h. XII. et dieb. Sat. Mart. Iov. h. VIII.

Dr. F. GROHE, P. P. O.

I) Publice de tumoribus disseret semel per hebd. h. VI. — II) Privatim 1) pathologiam et therapiam generalem adiuncturus anatomiam pathologicam generalem cum demonstrationibus tradet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. V; 2) cursum anatomes et physiologiae pathologicae practicum instituet dieb. Mart. Iov. Sat. h. XII usque ad h. I et dimid. et d. Merc. h. VIII.

Dr. F. LAURER, P. P. O.

I) Publice 1) artem formulas medicas praescribendi docebit dieb. Merc. et Sat. h. XII; 2) repetitorium de pharmacologia speciali instituet dieb. Mart. et Iov. h. XII. — II) Privatim 1) toxicologiam tradet dieb. Lun. Iov. Ven. h. IX; 2) pharmacologiam generalem exponet dieb. Mart. et Iov. h. IX.

Dr. F. MOSLER, P. P. O.

I) Publice de renum morbis disseret semel p. h. hor. def. — II) Privatim 1) pathologiae et therapiae partem alteram docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII; 2) de diagnostice physica disseret dieb. Lun. et Iov. h. VI; 3) exercitationes clinicas et policlinicas medicas moderabitur quotid. h. IX et dimidia.

Dr. C. A. M. HUETER, P. P. O.

I) Publice de morbis articulorum disseret dieb. Iov. et Ven. h. IV. — II) Privatim 1) chirurgiam generalem docebit dieb. Lun. Mart. Merc. h. IV; 2) exercitationes clinicas chirurgicas moderabitur quotidie h. X et dimid. usque ad hor. XII.

2) PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

Dr. C. F. EICHSTEDT, p. p. e.

I) Publice exercitationes obstetricias in phantomate instituet d. Merc. h. II. — II) Privatim de morbis cutaneis et syphiliticis demonstrationes practicas additurus disseret dieb. Mart. Iov. Ven. h. II.

Dr. R. SCHIRMER, p. p. e.

I) Publice de oculorum refractione et accommodatione perturbatis disseret die Lunae h. III. — II) Privatim 1) exercitationes ophthalmoscopicas moderabitur dieb. Iov. et Ven. h. V; 2) exercitationes operationum in oculis instituendarum moderabitur dieb. Mart. et Ven. h. III; 3) exercitationes clinicas ophthalmiatricas instituet dieb. Merc. et Sat. h. III.

Dr. L. LANDOIS, p. p. e.

I) Publice osteologiam comparatam docebit die Iovis h. XII. — II) Privatim 1) osteologiam, arthrologiam, syndesmologiam corporis humani tradet diebus Ven. et Sat. h. IX et die Sat. h. VIII; 2) histologiam et anatomiam microscopicam cum demonstrationibus exercitationibusque practicis conjungendam docebit dieb. Iov. Ven. Sat. h. IV.

Dr. G. HAECKERMANN, p. p. e.

I) Publice de hygieine publica et politia medica disseret diebus Mart. et Sat. h. V. — II) Privatim de medicina forensi diebus Lun. Merc. Ven. h. V.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

Dr. A. BENGELSDORFF, priv. doc.

Publice de nutrimentis nec non de diaetetice physiologica disseret diebus Mercuri et Saturni h. IX.

Dr. P. KRABLER, priv. doc.

Privatim de morbis infantium una cum demonstrationibus clinicis aget ter per hebd. h. III.

Dr. R. ARNDT, priv. doc.

Privatim 1) electrotherapiam demonstrationibus atque exercitationibus practicis suppletam docebit bis per hebd.; 2) pathologiam et therapiam psychosium cum demonstrationibus et exercitationibus practicis in nosocomio psychiatrico coniuncturus tradet ter per hebd.

Dr. M. ROTH, priv. doc.

I) Publice de morbis corporis humani parasiticis disseret bis per hebd. hor. def. — II) Privatim cursum histologiae practicum instituet quater per hebd. hor. def.

Dr. P. VOGT, priv. doc.

I) Publice de herniis disseret semel per hebd. — II) Privatim de anatomia chirurgica demonstrationes additurus disseret ter per hebd.

Dr. BOSE, priv. doc.

I) Publice exercitationes laryngoscopicas instituet semel per hebdom. — II) Privatim chirurgiae specialis partem I. tractabit quater per hebdom.

IV) SCHOLAE PHILOSOPHORUM.

1) PROFESSORUM ORDINARIORUM.

Dr. TH. HIRSCH, p. p. o. dec.

I) Publice in seminario historico exercitationes historicas moderari perget die Mart. h. VI et VII, geographicas die Sat. h. VIII et IX. — II) Privatim 1) historiam Graecam inde a bello Peloponnesiaco usque ad pugnam Mantineensem enarrabit ter per h. dieb. Lun. Mart. Iov. h. IX; 2) historiam Borussicam saeculi XVIII. ter per h. dieb. Merc. et Ven. h. IX et die Sat. h. X.

Dr. G. F. SCHOEMANN, p. p. o.

I) Publice Aeschylea quaedam cantica in seminario philologico tractaturus est d Merc. et Sat. h. XI. — II) Privatas scholas promittere propter senectutem et infirmitatem non potest.

Dr. I. A. GRUNERT, p. p. o.

I) Publice exercitationes societatis mathematicae moderari perget d. Merc. h. XI. — II) Privatim 1) geometriam analyticam dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI; 2) calculum differentialem ejusque applicationem ad geometriam eisdem diebus h. XII docebit.

Dr. F. L. HUENEFELD, p. p. o.

I) Publice examinatorium de rebus chemicis et mineralogicis habebit dieb. Lun. et Mart. hor. XII. — II) Privatim 1) oryctognosiam docebit dieb. Merc. et Iov. h. XII; 2) de crystallisatione disseret die Ven. h. XII; 3) mineralogiae historiam enarrabit die Sat. h. XII.

Dr. E. BAUMSTARK, p. p. o.

I) Publice de aere alieno reipublicae disseret die Ven. h. IV et V. — II) Privatim 1) isagogen statistices et partes selectas statistices regni Borussici traditurus est die Mart. h. IV et V; 2) de constitutione regni Borussici et foederis Germanici septentrionalis exponet die Iov. h. IV et V.

Dr. A. HOEFER, p. p. o.

I) Publice Mahâbhârati aliquot episodia explicabit bis p. h. h. IV. — II) Privatim 1) carmina Walteri a Vogelweide praemissa introductione grammatica ex editione C. Simrocki interpretabitur dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII; 2) de formis coniugationis Latinis Graecis Germanicis disseret dieb. Merc. et Sat. h. XII.

Dr. A. H. A. I. MUENTER, p. p. o. rector.

I) Publice de mammalibus disseret die Ven. h. V et VI. — II) Privatim 1) zoologiam medicam tradet dieb. Mart. et Merc. h. V et VI; 2) pharmacognosiam zoologicam tractabit die Lunae h. V et VI; 3) botanicen medicam docebit hor. def.

Dr. F. C. O. L. B. DE FEILITZSCH, P. P. O.

I) Publice de calore disseret bis per hebd. die Merc. h. XII et die Sat. h. XI. — II) Privatim physicae experimentalis partem alteram docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII.

Dr. A. H. BAIER, P. P. O.

I) Publice encyclopaediam philosophiae tradet bis per hebd. dieb. Merc. et Sat. h. XI. — II) Privatim 1) psychologiam docebit quater per hebd. h. XII; 2) ideam religionis Christianae exponet ter per hebd. h. XI.

Dr. I. F. L. GEORGE, P. P. O.

I) Publice societatis philosophicae consessus moderari perget die Sat. h. VIII et IX. — II) Privatim 1) philosophiae historiam universam enarrabit quinquies per h. h. VIII; 2) logicen tractabit quater per hebd. h. IV.

Dr. H. LIMPRICHT, P. P. O.

I) Publice de selectis quibusdam chemiae locis disseret semel per hebd. hor. def. — II) Privatim 1) chemiae partem secundam tradet sexies p. hebd. h. III; 2) praxin chemicam docebit tricenis p. hebd. hor.; 3) exercitationes chemicas analyticas instituet et senis et duodenis p. hebd. horis.

Dr. GUIL. AHLWARDT, P. P. O.

I) Publice grammaticam linguae Arabicae tirones docebit diebus Mart. Iov. Sat. h. III. — II) Privatim 1) linguae Persicae elementa tractabit dieb. Merc. et Sat. h. IV; 2) selecta Veteris Testamenti capita interpretabitur dieb. Lun. Merc. Ven. h. III.

Dr. F. F. C. E. SUSEMIHL, P. P. O.

I) Publice isagogen in studium Platonis tradet dieb. Merc. et Sat. h. IX. — II) Privatim 1) doctrinam Graecorum rhythmicam, metricam, harmonicam adumbrabit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. V; 2) Demosthenis orationem in Midiam interpretabitur dieb. Merc. et Sat. h. X. — III) Privatissime sed gratis exercitationes in interpretando poeta aut pedestris orationis scriptore aliquo Graeco moderari perget hor. definiendis.

Dr. CAROLUS DE NOORDEN, P. P. O.

I) Publice 1) historiam Britannicam et Franco-Gallicam medii aevi enarrabit dieb. Merc. et Sat. h. XI; 2) in seminario historico exercitationes historicas moderari perget die Merc. h. V et VI. — II) Privatim historiam saeculorum XV. XVI. XVII. exponet quater per hebd. dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI.

Dr. L. FUCHS, P. P. O.

I) Publice exercitationes mathematicas moderabitur die Merc. h. V et VI. — II) Privatim 1) theoriam functionum ellipticarum docebit dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI; 2) theoriam numerorum vel arithmeticam sublimiorem tradet dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X.

Dr. G. F. A. STUDEMUND, P. P. O.

I) Publice seminari philologici sodalibus Quintiliani librum X. tractandum proponet dieb. Mart. et Ven. h. III. — II) Privatim 1) Plauti Pseudolum interpretabitur quater p. h. dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X; 2) encyclopaediam philologiae docebit quater p. h. dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI. — III) Privatissime sed gratis cantica selecta tragicorum et comicorum Graecorum rei metricae potissimum ratione habita tractabit die Lunae h. VI et VII.

2) PROFESSORUM EXTRAORDINARIORUM.

Dr. H. SCHWANERT, p. p. e.

I) Publice 1) historiam theoriarum chemicarum recentiorum enarrabit die Sat. h. XII; 2) repetitorium et examinatorium chemiae pharmaceuticae offert dieb. Iov. et Ven. h. IV et V habendum. — II) Privatim 1) chemiam analyticam docebit dieb. Ven. et Sat. h. VIII; 2) pharmaciae partem priorem exponet dieb. Lun. Mart. Merc. Iov. h. VIII.

Dr. BERNH. SCHMITZ, p. p. e.

I) Publice historiam litterariam Franco-Gallorum medii aevi enarrabit die Merc. h. IV et V. — II) Privatim seminarium philologiae Franco-Gallicae et Anglicae eo ordine moderabitur, ut 1) examinatorium et repetitorium de pronunciatione et grammatica una cum exercitationibus in vertendo habiturus, 2) lectiones (e Voltairi Siècle de Louis XIV., e Macaulayi History of England vol. II) et disputationes dissertationesque alias voce alias per scripturam faciendas curaturus sit die Sat. h. IV et V.

Dr. A. PREUNER, p. p. e.

I) Publice 1) historiam imperi Romani a proelio Actiaco usque ad Diocletianum Augustum ternis per hebd. horis breviter narrabit; 2) exercitationes archaeologicas et historicas moderabitur semel bisve per hebd. — II) Privatim antiquitates Graecorum publicas tradet ter per hebd.

Dr. C. JESSEN, p. p. e.

I) Publice de botanica Graecorum Romanorumque aget semel per hebd. — II) Privatim 1) anatomiam atque physiologiam plantarum additurus demonstrationes microscopicas docebit bis per hebd. die Martis h. IV et V; 2) pharmacognosiam cum demonstrationibus coniungendam docebit quater per hebd. horis defin.

3) PRIVATIM DOCENTIUM.

Dr. C. TH. PYL, priv. doc.

I) Publice historiam artium Germaniae tradet bis p. hebd. hor. XI. — II) Privatissime sed gratis disputationes de antiquitatibus Pomeraniae secundum monumenta artium litterarumque moderabitur semel p. hebd. hor. XI.

Dr. CAR. A. F. PERTZ, prof., priv. doc.

I) Publice Roswithae Carmen de gestis Ottonis I. regis interpretabitur dieb. Mart. et Iov. h. III. — II) Privatim palaeographiam Latinam docebit dieb. Lun. Merc. Ven. h. III.

Dr. R. BUCHHOLZ, priv. doc.

Ex itinere redux scholas suas indicabit.

Dr. F. BAUMSTARK, priv. doc.

I) Privatim 1) chemiam forensem tradet bis per hebd. hor. def.; 2) analysin volumetricam docebit semel per hebd. hor. def.; 3) analysin secretorum et excretorum tractabit cum medicinae studiosis semel per hebd. hor. def. — II) Privatissime repetitorium chemiae medicinae studiosis offert ter per hebd. hor. def. habendum.

Dr. M. SCHOLZ, priv. doc.

I) Publice petrographiam tradet semel per hebd. hor. def. — II) Privatim 1) geognosiam docebit bis per hebd. hor. def.; 2) mineralogiam tractabit cum pharmaciae studiosis bis per hebd. hor. def.

ARTIUM MAGISTRI.

G. Bemmann, concent. music. director, I) Publice 1) cantum ecclesiasticum docebit bis p. hebd. hor. def.; 2) exercitationes cant. moderari perget semel p. h. h. VII et VIII; 3) de vocis sonorum compositionibus melicis disseret bis p. hebd. hor. def. — II) Privatim commilitonibus offert cantandi lectiones.

E. Weiland publice artem delineandi docebit quater per hebd. hor. definiendis.

H. Range, gymnastes, artis gymnasticae exercendae et docendae praecepta tradet die Lunae et Ven. hor. VII vesp.

INSTITUTA PUBLICA.

Bibliotheca academica, cui praesunt HIRSCH Prof., Prof. PERTZ Cust. et Dr. MUELLER pro Cust., dieb. Lun. Mart. Iov. Ven. horis XI—I, dieb. Mercuri et Saturni hor. II—V studiosis patebit.

Museum litterarium curant Professores ZÖCKLER, FRANKLIN, GROHE, GEORGE, LIMPRICHT.

Seminarii theologici exercitationes regantur ab ORDINE THEOLOGORUM.

Seminarii iuridici exercitationes moderabuntur BEKKER Prof., FRANKLIN Prof., KARLOWA Prof.

Theatrum anatomicum administrat BUDGE Prof. adiuvante SOMMER Prof., qui Prosect. munere fungitur, adiutore in physiologia LANDOIS, Prof.

Museo anatomico praepositus est BUDGE Prof. adiutoribus SOMMER Prof. et LANDOIS Prof.

Societatis physiologicae exercitationes moderabitur BUDGE Prof.

Instituto pathologico-anatomico praepositus est GROHE Prof. adiutore ROTH Dre.

Museo pathologico-anatomico praepositus est GROHE Prof. adiutore ROTH Dre.

Collectis praeparatis pharmaceuticis praeest LAURER Prof.

Nosocomio Universitatis praesunt MOSLER Prof. et HUETER Prof. — administr. KIKHEFEL — calculatore STEMPEL — assistentibus BOSE Dre. et FUNCK Dre. — adiutoribus GIESE et HANF.

Instituti clinici medici curam habet MOSLER Prof. assistente PENKERT Dre. adiutore THALMANN.

Instituti clinici chirurgici et ophthalmiatrici curam habet HUETER Prof. assistente VOGT Dre.

Instituti obstetricii curam habet PERNICE Prof. assist. de PREUSCHEN Dre. adiutore SCHWENNIGER.

Instrumenta, quae ad physicen pertinent, custodit de FEILITZSCH Prof. adiutore FRAUENSTEIN.

Societatis mathematicae exercitationes moderabitur GRUNERT Prof.

Instrumenta astronomica custodit GRUNERT Prof.

Museo botanico praepositus est MUENTER Prof. adiutore MIRICH.

Museum zoologicum curant MUENTER Prof. BUCHHOLZ Dr. Conservator

Hortum botanicum curant MUENTER Prof. DOTZAUER inspector adiutore MIRICH.

Seminario zoologico-botanico praeest MUENTER Prof.

Museo mineralogico praepositus est HUENEFELD Prof.

Institutum chemicum moderatur LIMPRICHT Prof. adiutoribus SCHWANERT Prof. F. BAUMSTARK Dre.
Seminarium philologicum moderabitur STUDEMUND Prof.
Seminarium historicum moderabuntur HIRSCH Prof. et DE NOORDEN Prof.
Gypsothecae et antiquitatum museo praeest PREUNER Prof.
Museo antiquitatum Pomeraniae praeest PYL Dr., Priv. Doc.
Societati philosophicae praeest GEORGE Prof.

SCHOLAE
IN
ACADEMIA CAMERALI ET GEORGICA HILDENSI
HABENDAE.

1) Isagogen in studia academica tradet Dr. BAUMSTARK, Prof. et Dir., ineunte semestri horis XII definiendis.

2) Isagogen in statisticen praebebit et partes selectas statistices regni Borussici enarrabit IDEM die Mercuri horis IV—VI.

3) De constitutione regni Borussici eiusdemque magistratibus expositurus est IDEM die Saturni horis IV—VI.

4) Isagogen encyclopaedicam in ius georgicum tradet Dr. HAEBERLIN, Prof., die Mercuri horis X—XII.

5) Instrumentorum et machinarum rei rusticae seriem priorem explicabit Dr. PIETRUSKY, die Martis horis VIII—X.

6) De cura agri et stirpium generali disseret IDEM diebus Iovis et Saturni horis II—IV.

7) Exercitationes et conversationes de rebus rusticis praeibit IDEM die Iovis horis V—VII alternis hebdomadibus.

8) Selecta capita doctrinae de stirpium cura speciali docebit LIBER BARO DE CANSTEIN, Dr., diebus Lun. Merc. Vener. hora VI vespert.

9) De bubuli pecoris cura exponet Dr. ROHDE, Prof., die Veneris horis II—IV.

10) Curam pecoris ovilli docebit IDEM die Iovis horis X—XII.

11) Administrandam rem rusticam practice docebit et demonstrationes practicas in re rustica habebit IDEM die Mercuri horis II—IV.

12) Praecepta sua de re rustica repetiturus est IDEM die Martis horis V—VII alternis hebdomatibus.

13) Artem topiariam docebit FINTELMANN, Hort. acad., die Iovis horis II—IV.

14) Rei saltuariae administrandae principia docebit WIESE, Rei saltuariae Magister acad., diebus Martis et Veneris horis II—IV.

15) De technologia oeconomica exponet Dr. TROMMER, Prof., diebus Iovis et Saturni horis VIII—X.

16) Demonstrationes practicas in officinis technico-oeconomicis et Academiae et extraneis instituet IDEM diebus et horis definiendis.

17) Anatomiam et physiologiam animalium domesticorum mammalium docebit Dr. FUERSTENBERG, Prof., diebus Lunae Mercuri Veneris horis VIII—X.

18) Chemiam anorganicam experimentalem tradet Dr. TROMMER, Prof., diebus Lunae et Martis horis X—XII.

19) Exercitationes in laboratorio chemico praeibit SCHOLZ, Dr, diebus Martis et Veneris horis II—VI.

20) De chemia analytica disseret IDEM binis per hebd. horis definiendis.

21) De stercoribus disseret IDEM die Lunae horis IV—VI.

22) Chemiam organicam repetiturus est IDEM binis per hebd. horis definiendis.

23) Historiam naturalem animalium rei rusticae obnoxiorum et morbos plantarum explicaturus est Dr. JESSEN, Prof., die Veneris horis X—XII.

24) De geographia et climatologia plantarum disseret IDEM die Iovis hora IV.

25) Exercitationes microscopicas in anatomia plantarum instituet IDEM diebus et horis definiendis.

26) Semina ad rem rusticam pertinentia disquirenda et cognoscenda docebit IDEM die Mercuri hora X.

27) Geognosiam docebit SCHOLZ, Dr., die Saturni horis X—XII.

28) Architecturae rusticae seu cameralis partem priorem docebit MUELLER, Arch. acad., die Lunae horis IV—VI.

29) Arithmeticam practicam tradet Dr. FUCHS, Prof., die Iovis horis II—IV.

30) Mechanicen et doctrinam de machinis docebit IDEM die Martis horis II—IV.

INSTITUTA SPECIALIA ACADEMIAE HILDENSIS.

Bibliothecae academicae, quae studiosis diebus Mercuri et Saturni per semestre hibernum hora I et per semestre aestivum hora XI patebit, praeest Dr. JESSEN, Prof.

Museum litterarium Academiae regit IDEM.

Museo proplasmatum suppellectilis rustici, quod semel per hebdomadem studiosis patebit, praeest Dr. PIETRUSKY.

Collectis instrumentis rusticis et lanae speciminibus praeest Dr. ROHDE, Prof.

Institutum chemicum generale moderantur Dr. TROMMER, Prof., et Dr. SCHOLZ.

Apparatui physicali et technologico praeest Dr. TROMMER, Prof.

Collectis instrumentis geodaeticis praeest Dr. FUCHS, Prof.

Museo mineralogico praeest SCHOLZ, Dr.

Instituto chemico rei rusticae experimentis emendandae destinato praeest IDEM.

Museo zoologico et botanico, instituto microscopico et phytophysiologico, collectis seminibus et fructibus praeest Dr. JESSEN, Prof.

Museis anatomicis et veterinariis, instituto zoophysiologico, valetudinariis veterinariis et stabulis ad experimenta in re pecuaria instituenda destinatis praepositus est Dr. FUERSTENBERG, Prof.

Institutum clinicum veterinarium moderatur IDEM.

Hortum botanicum curant Dr. JESSEN, Prof., Praepositus, et FINTELMANN, Hortul. acad.

Pomaria et collecta pomorum proplasmata et hortum olitorium Academiae curat FINTELMANN, Hortul. acad.

Institutum pomologicum et ad excolendos hortulanos pomarios destinatum moderatur IDEM.

Rei rusticae Academiae praeest Dr. ROHDE, Prof.

Agrum rei rusticae experimentis emendandae destinatum curat L. B. DE CANSTEIN, Dr.

Consessus rustici studiosorum et docentium habebuntur semel singulis mensibus.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
VIII.			Anat. c. h., quinquies. Osteol. arthrol. syndesmol., semel. Curs. anat. pathol., semel. Pathol. et therap. spec. quater. Exerc. clin. obstetr., ter.	Hist. philos. univ., quinq. Societ. philos.cons., semel. Exerc. geogr., semel. Pharmac. p. I., quater. Chem. analyt., bis.
IX.	Hist. eccl. p. III., sexies.		Anat. c. h., quater. Osteol. arthrol. syndesmol., bis. De nutrimentis, bis. Pharmacol. gener., bis. Toxicologia, ter. Exerc. clin. med., sexies.	Hist. Graec., ter. Hist. regni Boruss., bis. Societ. philos. cons., sem. Exerc. geogr., semel. Isag. in Platon., bis. Theor. function. ellipt., quater.
X.	Evang. Ioann., quater.	Ius heredit., quater. Ius criminale, quinq. Ius ecclesiasticum, sexies.	Exerc. clin. med., sexies. Exerc. clin. chirurg., sexies.	Hist. regni Boruss., semel. Demosth. in Mid., bis. Plaut. Pseud., quater. Theor. numer., quater.
XI.		Institutiones, quinq. Pandect., quinq. Histor. iur. et imp. Germ., quinq. Ius publ. Germ., quinq.	Exerc. anat. - pract., sexies. Exerc. clin. chirurg., sexies.	Aeschyl. cantic., bis. Exerc. soc. mathem., sem. Geometr. anal., quater. De calore, semel. Encyclop. philos., bis. Idea relig., ter. Hist. Brit., bis. Hist. saec. XV. XVI. XVII., quater. Encycl. philol., quater. Hist. art. Germ., bis. Disput. de antiq. Pomer., semel.
XII.	Theol. bibl. N. Test., quater. Theol. pract. p. II. quater.	Pandect., quinq. Encycl. et method., sexies. Ius commune Boruss., quinq. Pract. crim., semel.	Osteol. compar. semel. Exerc. anat. - pract., sexies. Curs. anat. pathol., ter. Ars formul. praescr., bis.	Calcul. different., quater. Examinat. de reb. chem., bis. Oryctogn., bis. De crystallis., semel. Hist. mineral., semel.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
XII.			Repetit. de pharm. spec., bis. Exerc. clin. obstetr., ter.	Walth. a Vogelw., quater. De formis coniug., bis. De calore, semel. Phys. experiment. p. II., quater. Psychol., quater. Hist. theor. chem., semel.
II.			Exerc. anat. - pract., sexies. De morb. cutan. et syphil., ter. Exerc. obstetr. in phantom., semel.	
III.	Hist. dogm. eccl. Christ., quinquies.		Exerc. anat. - pract., sexies. De ocul. refract. et accommod. perturb., sem. De morb. infant., sem. De morb. recens nat., semel. Theor. art. obstetr., ter. Exerc operat. in oculis, bis. Exerc. clin. ophthalmiatr., bis.	Chem. p. II., sexies. Grammat. ling. Arab., quat. Selecta V. T. cap., ter. Quintil., bis. Roswith, bis. Palaeogr. Lat., ter.
IV.	Iobi liber, quater.	Sem. Germ., semel.	Histol. et anat. microsc., ter. Chirurg. gener., ter. De morb. artic., bis. De herniis, semel.	De aere al., semel. Isagog. statist., semel. De constit. regni Boruss., semel. Mahâbhâr., bis. Logic., quater. Ling. Persic. el, bis. Repet. chem. pharmac., bis. Hist. liter. Franc. G., semel. Anatom. et physiol. plant., semel. Seminar. philol. Franco-G. et Angl., semel.
V.	Isag. in V. T. libr., quinquies.	Sem. Germ., semel. Sem. Roman., semel.	Pathol. et therap gener., anat. path. gen., quat.	De aere al., semel. Isag. statist., semel.

SCHOLAE INDCIE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
V.		Sem. proc., semel.	De anat. chirurg., ter. Exerc. ophthalmosc., bis. De hygieine publ. et polit. med., bis. De medic. forensi, ter.	De constit. regni Boruss., semel. Da mammal., semel. Zoolog. med., bis. Pharmac. zool., semel. Exerc. hist., semel. Repet. chem. pharmac., bis. Anatom. et physiol. plant., semel. Doctrina Graec. rhythm., quater.
VI.	Semin. theol. exerc. in V. T. explic. d. Ven. Semin. theol. exerc. in N. T. interpr. d. Iovis. Semin. theol. exerc. hist. d. Lunae.	Sem. Roman., semel. Sem. proc., semel.	De tumoribus, semel.	Exerc. hist., semel. Exerc. hist., semel. Zool. med., bis. Pharmacogn. zool., bis.
VII.				Exerc. hist., semel. Exerc. chori acad., semel. Artis gymn. praec., bis.
HORIS DEFINIENDIS.	Cap. select. e Chaldaic. V. T. paraphr., semel.	Ius gent. priv., bis.	Curs. histolog. pract., quater. Chirurg. specialis p. I., quater. De morb. c. h. paras., bis. Pathol. et therap. psychos., ter. De renum morbis, semel. Exerc. laryngoscop., semel. Electrotherap. c. demonstr. pract., bis.	De sel. quibusd. chem. locis, semel. Botan. med. Botan. Graec. et Rom., semel. Praxis chem., tricies. Exerc. chem. analyt. sexies et duodecies. Pharmacogn., quater. Chem. for., bis. Analysis volum., semel. Analys. secret. et excret., semel. Repetit. chem., ter. Petrograph., semel. Geognos., bis. Mineralog., bis.

SCHOLAE INDICE HORARIO DESCRIPTAE.

HOR.	THEOLOGICAE.	IURIDICAE.	MEDICAE.	PHILOSOPHICAE.
HORIS DEFINIENDIS.				Exerc. in interpret. script. Graec., semel. Histor. imper. Romani, ter. Exerc. archaeol., semel. Antiquit. Graec. publ., ter. Cantandi lectiones. Ars delin.

3 2044 020 589 727